3 et incisorum, et palea; dummodo nullus possit condemnari ex una denunciatione gualdariorum, nisi in
4 quantitate usque ad decem libras et non ultra, sine alia probatione. Quos gualdarios Vicarius fiunt,
praedicti faciat eligi, et fieri per homines castrorum, et villarum comitatus Eug. quolibet anno de mense No-
5 vembris, uel primo mense regiminis sui Vicarij. quorum officium duret per unum annum, et non ultra, saluo
quod si gualdarij successores non fuerint electi, gualdarij ueteres vacantur eorum officium exercere usque
6 quo alios habuerint in dicto officio gualdaria successores. Quos gualdarios Vicarius, qui pro tempore
7 fuerit, faciat eligi, et iurare infra quindecim dies in introitu dicti mensis, uel anni. Et habeant dicti gual-
8 darij pro eorum salario a quolibet fumante sua villa, seu castri unum. Hoc addito, quod post
finitum eorum officium, et electionem, et iuramentum aliorum gualdariorum, dicti gualdarij non cogantur ad exer-
cendum gualdaria officium praedictum nec ad ipsum aliquis eligi possit, nisi primo quilibet alius ex ha-
9 mancibus castri, uel villa ipsum officium exercuerit. ~~et~~ quod quilibet qui sit aetatis 15 annorum, et ab
10 inde supra usque ad sexaginta annos inclusive cogatur ad dictum officium exercendum; et quod Vicarius pro-
cedat contra dictos gualdarios, et ipsorum quemlibet non denunciantem prout tenentur secundum formam
dictorum ordinamentorum, et eos condemnet in poena praedicta et in emendatione damni ad petitionem precantis,
accusantis, uel denunciantis tam de negligentia gualdariorum, uel alicuius eorum, quam etiam de damno
dato, ablato, exportato, et accepto trabis, lignorum euulsorum, incisorum, palea, et de alijs omnibus, ad
11 quae tenentur dicti gualdarij facere secundum formam dictorum ordinamentorum. Et si negligentes essent
ipsi, uel aliquis eorum in faciendo praedicta contenta in dictis ordinamentis sine alia probatione, et ex dicta de-
12 nunciatione, uel accusatione possint, et debeant in poena praedicta condemnari. Saluo quod castrum collis
Pergula, castrum serra Sanctae Abundae, castrum Fantiani, et castrum collis Stacciarij non teneantur ad
13 dictos gualdarios eligendos. Et si dicti gualdarij negarent rem, in qua damnum datum diceretur, non
esse in eorum castris, villis, uel gualdarijs, uel pertinentijs, praesumatur esse, et fuisse tempore dam-
dati, ablata, et exportata trabis, lignorum euulsorum, incisorum, palea paleary in eorum castris, villis,
gualdarijs, et pertinentijs ipsorum, si dicti gualdarij non probauerint contrarium. Hoc et addito, quod

si

1 si d. gualdarij nescivere damnu dantem, accipientem, et exportantem trabs, ligna evulsa, incisa,
et paleas in rebus sitis in eorum gualdarijs, et infra confines eorum gualdariae, tunc, et in eo casu gualda-
rij ville, in quorum gualdaria factu, seu datu est d.m damnu, vel unus ipsorum, si ambo presentia habe-
ri non ponet propter absentia, vel infirmitatem, vel quia consociu, vel collegam no habuerint, te-
neantur, et debeant, accusare, et denunciare omnes fumantes videlicet unu pro quolibet fumo habi-
tantem infra confines eorum gualdariae. et ex ipsa denunciatione ipsi accusati debeant conde-
2 mnari, et in emendatione damni in duplum. Hoc etiam addito, quod si gualdarij pred. vel
aliquis ~~pred~~ predictorum in pred. vel aliquo predictorum fuerint negligentes, vel remissi in non
denunciando homines, et personas, et dnos, detentores, et possessores animalium damnu dantium,
et in non denunciando homines, et personas accipientes, et exportantes trabs, ligna evulsa, in-
cisa, et paleas modo, et forma superius declaratis, condemnentur ipsi, et quilibet eorum in centum sol.
ravenn. pro quolibet eorum, et in emendatione damni, et emendatione trabium, lignorum, et paleae.
3 Hoc addito et quod quo ad negligentia gualdariorum probanda, et ad probandum quod damnu datum
fuerit, et ligna evulsa, et incisa, trabs, vel trabs, et paleae fuerint, et sint accepta, et exportata
tempore eorum officij gualdariae, et quod fuerit eisdem gualdarijs, vel uni ex d. duobus gualda-
rijs ubi alius absens esset, vel esset infirmus, denunciatum, et probatum secundum formam dictorum
ordinamentorum, et quod fuerint requisiti; stetur, et credatur sacramento accusantis dos gualdarios,
vel unu ex eis in d. casibus: et d. sacramentum habeatur pro plena probatione, condicione accu-
satoris non inspecta. et ex da. denunciatione, vel accusatione d. gualdarij, et gualdarius ponitur,
4 et debeant condemnari in poena pred. et in emendatione damni in duplum. Et in accusatio-
ne facta contra dos gualdarios debeat fieri mentio saltem de anno, et mense commissi damni,
vel acceptionis, vel asportationis trabium, lignorum evulsorum, vel paleae, et sufficiat, si proponat
5 simpliciter modo pred. et ex pred. dicti gualdarij, vel unus ex eis saltem infirmus, vel
absens existeret valeant, et ponitur ex accusatione huiusmodi condemnari in da. poena, et in
6 emendatione predictorum vel alicuius eorum. Additum etiam insuper, quod dominus, possessor, vel deten-
tor rei tempore, quo gualdarij accusarent aliquem de pred. vel aliquo pred. teneantur vel
teneatur iurare, quod d.m damnu, et acceptio trabium, lignorum evulsorum, incisorum, et paleae non fue-
rint facta per se, vel aliquem de sua familia, nec de sui licentia, et mandato, et ipso inscio.
quod

Quod possit renunciari accusis.

1 Item providerunt, et ordinauerunt, et reffirmauerunt, quod omnibus, et singulis accusationibus, denunciationibus factis, et institutis de dam. datis, accepto, et exportatione trabium, lignorum, incisorum, et galearum, suprascriptorum, et de negligentia gualdariorum, et omnibus in ipsis contentis, possit renunciari usque ad sententiam quandocumque per accusatore, uel per damnum passum, uel per illum, in cuius re datum, et

2 factum fuerit damnum, uel per procurem habentem speciale mandatum, dummodo soluat accusatus sol. sex rauennatensium pro qualibet libra quantitati pecunia, in qua condemnari debuisset ex dictis, quae in accusa continentur Camerario Communis Eug. et facta solutione, et renunciatione praedicti, dictus accusatus non possit, nec debeat modo aliquo condemnari.

De canibus, et pullis.

3 Item providerunt, et ordinauerunt, quod omnes, et singulae personae habentes uel tenentes canem in comitatu

Eug. teneantur, et debeant tenere ligatum eorum canem de mense Augusti, Sbris, et 8bris de die, et de

4 nocte. et qui contrafecerit condemnetur per D. Vicarium potentem in centum sol. rauennatensium pro qualibet

5 uice, et qualibet contrafactione. et quilibet possit accusare, et denunciare, et stetur, et stari debeat

6 sacramento accusatoris cum uno teste idoneo. Et si aliqua gallina, uel pullus aliquis gallinae alicuius damnum dederit in aliqua supradictarum rerum, in poena supradictorum ordinamentorum condemnetur per D. D. Vicarium dominum ipsorum gallinae, et pullorum in 12 denariis rauennatensium pro qualibet gallina, et pullo, et qualibet

7 uice, et in emendatione damni in duplum. et de proximis stetur, et credatur sine alia probatione, inspecta tamen condicione accusatoris praefati.

8 Item providerunt, et ordinauerunt, et firmauerunt, quod si quis comitatinus, qui habitauit, uel habitare consueuit in aliqua uilla, uel castro comitatus Eug. uenit a 20 annis citra, uel uenerit in futurum ad habitandum in ciuitate, uel aliquo ex burgis, uel suburgis dictae ciuitatis, non gaudeat, nec gaudere debeat beneficio ciuium, nec haberi, uel tractari ut ciuis, sed debeat in omnibus tamquam comitatinus, et pro comitatino haberi, et reputari quo ad officium gualdariae.

Quo modo intelligatur tempore noctis.

9 Item ordinauerunt, et providerunt, quod tempus noctis intelligatur, et sit, et intelligi debeat a sono campanae maioris Communis Eugubij, quae pulsatur de sero post uesperas ad portas claudendas usque ad sonum

sonum campanæ diei, qua pulsatur de manè.

1 Item providerunt, et ordinauerunt, quod si aliquis habitans in aliquo burgo, uel suburgo Ciuitatis Eug. fu=
erit inuentus, uel reperietur de nocte extra domum suam de longe per 25 perticas, et damnum ali=
quod fuerit datum, uel illatum in aliqua uinea, uel horto existente prope ipsam Ciuitatem per unum mi=
liare aliqua gualdaria da nocte, qua repertus talis fuerit, præsumatur ipsum inuentum sic damnum
2 prædictum dedisse, et intulisse, et de inuentione ipsius stetur, et credatur denuncia dictorum gualdariorum,
uel alterius eorum, in quorum, uel cuius gualdaria talis inuentus habitaret, et damnum datum
esset, cum sacramento de nouo præstito per dictos gualdarios, uel alterum ipsorum.

3 Item providerunt, et ordinauerunt, quod nulla persona uadat equestris, uel pedestris per semitam, seu per
redinam alicuius, si potest ire per uiam publicam, uel uicinalem, et qui contrafecerit puniatur ea
4 poena, qua punitur inferens personaliter damnum in aliquo tenens bladatas ut supra patet. Liceat
tamen cuilibet claudere semitam, uel redinam, et clausam tenere, si est ibi uia publica, uel uici=
nalis, per quam ponit ire, uel redire.

5 Item ordinauerunt, et providerunt, quod ad accusandum de supradictis omnibus in supradictis ordinamentis
contentis, et de dam. datis tam personaliter, quam cum animalibus admittatur dominus, possessor,
uel detentor rei, filius, seruus, colonus, laborator, cottimator, procurator, tutor, uel tutrix, actor, uel
6 curator, et quod accusationem ponere possit qui quemadmodum dominus, possessor, uel detentor rei. Et Iudex
maleficiorum, uel notarius teneatur interrogare accusatum tempore sua responsionis, si res, de qua ac=
cusatus est pertineret ad accusatorem uel non, uel ad alium, et si negaret rem, de qua accusatus est,
pertinere ad accusatorem condemnetur Communi Eug. in decem libr. tamen, si accusator probare=
7 rit, rem ad se pertinere. Et stetur, et credatur de dam. dato iuramento accusatoris cum uno teste
8 de uisu, uel cum tribus testibus de fama, et habeatur pro plena probatione. Et etiam stetur, et credatur
sacramento accusatoris de extimatione damni usque in quantitatem quadraginta sol. tamen sine
alia probatione, spectata condicione accusantis.

9 Item providerunt, et ordinauerunt, quod gualdaria.

8 20

De officio officialis plani.

2 Ite providentes statuimus, quod dictus officialis teneatur, et debeat omnes, et singulos homines, et personas, quos, et quas invenerit asportantes uvas, vel olivas acerbas, amygdolas, pira, ficus, persica, caulos, olera, vel fabas, vel aliquid gradus puniri dictos faciendo in 10 sol. den. ravennatensium pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente. Possit tamen quilibet de sua possessione, et quilibet alius de sua familia, et laborator, et ipsius laboratoris familia quolibet tempore apportare sine poena tres grappos uvarum agrestarum, vel maturarum, et non ultra, et olera, caules, fabas, amigdolas, et alios quoscumque fructus desferre pro libito voluntatis. Si vero ultra tres grappos uvarum aliquis apportaverit, et apportare inventus fuerit, puniatur per dictum officialem in sol. quinque den. ravennatensium pro qualibet vice, et quolibet grappo ultra dictos tres grappos. Possit etiam civis, quae comitatinus civitatis Cervie etc. et quilibet de possessione, et vinea alterius quolibet tempore sine aliqua poena tres grappos uvarum, et non ultra, et sine licentia dicti officialis, et caules, fabas, et alios quoscumque fructus deferre cum licentia, seu cum scientia, vel voluntate domini, cuius fuerit possessio, seu possessoris, vel detentoris possessionis, de qua et voluntate stetur, et credatur iuramento domini, vel detentoris possessionis, vel rei. Quod iuramentum fieri possit coram dicto officiali. Et similiter si ultra tres grappos uvarum, sine expressa licentia dicti notarij, seu officialis apportaverit, seu deferret et cum voluntate domini, possessoris, seu detentoris rei, vel laboratoris, puniatur deferens per dictum officialem, seu notarium, ut supra dictum est, in sol. quinque den. ravennatensium pro quolibet grappo ultra dictos tres grappos. Hoc tamen addito, quod tempore vindemiarum liceat, et licitum sit cuilibet domino, possessori, vel detentori rei, et laboratori per se, et alios deferre, et deferri facere absque poena et sine licentia alicuius officialis uvas prout sibi videbitur, et placuerit. Olivas vero acerbas et immaturas deferre possit quilibet de sua possessione per se, vel alios de licentia officialis, et expressa voluntate domini, possessoris, vel detentoris rei, in qua fuerint collecta, et non aliter. Et si praeter voluntatem domini, vel possessoris, seu detentoris gradus accepta fuerint, poena gradata puniatur per officialem praedictum supradictum. Et cum caules, olera, alba, lactuca, et huiusmodi similia sine quotidie necessaria civitati, et satis esset durum ea portantibus

tantib; per d. not; seu officialem impediri; ad hoc ue prad. apportatio continuu non recipiat impedimentum: ideo circa prad. prohibitio, seu permisio d. officialis seu notarij bona prouidentia, et discretioni relinquatur. Volumus et prouidentes, qd nullus portans, uel deferens prad. uel aliqd prad. exceptis unis, et cliuis, publice, et palam in salma, cista, uel canestro non posse, nec debeat per d. off. seu eius familia, uel alium suu nuncium impediri, uel molestari, seu modo aliquo perturbari: sed tm

1 tali defferens, uel apportans si repertus fuerit damnu dedisse, seu res per eum apportatas de possessione alterius praeter uoluntatem dni ablatas fuisse, puniatur poena supra d. secundu forma d. ordinamentor;

2 Ite statuimus, et ordinamus, qd d. notarius, siue officialis teneatur, et debeat sub uinculo iuramenti, et ad poena 25 lib. den rauen, stratas, et uias publicas, et fontes communes, et flumen Sabundae, et alia fossata iuxta d. stratas, et uias posita infra d. confines plani existentes, et existentia aptari, scarcari, et remolliri facere saltem semel in anno congruis temporib, et expensis adiacentiu ex illor, qui

3 habent possessiones iuxta d. stratas, uias pub. et fossata. Et intelligantur adiacentes quo ad d. flumen Sabunda illi, qui habent possessiones iuxta, uel prope d. Sabunda ab utraq parte per 25 perticas ad pertica

4 communis. Possitq d. officialis pro suo off. exercendo circa contenta in pnti capitulo inobedientes punire, et mulctare usq in quantitatem 20 sol. den rauen pro qualibet inobedientia, et qualibet uice, et poenas, quas exegerit, deuenire faciat ad manus camerarij communis Eugubij per apodissa, prout de poenis damnoru datorum superius est expressum.

Videas infra Additio, et correctio statuti d. d. positi sub Rub. 20 de electione gualdarior, et ipsor off.

§ 50 Statutu de electione gualdarior, et eor off. corrigentes ordinamus, qd ad probandu qd damnu sit datu quo ad negligentiam gualdarior, credatur, et habeat pro plena probatione dictus unius testis, qui probet damnu datum esse, licet non dicat per quem, seu quo tempore, aut qd uiderit damnu dare, cum iuramento accusatoris intantis, qd damnu est datum, et quod no est datu per se, nel eius familias, uel eius mandato, et qd d. gualdarij fuerint negligentes post protestatione sibi factam. Et prad. habeantur pro plena probatione quoad negligentiam gualdarior; Hoc addito, quod uolens accusare gualdariu, seu gualdarios de negligentia teneatur denunciare gualdarijs, uel uni ex eis, qd damnu datu est in re, super qua accusatione instituere uoluerit per se, uel aliu, et qd unus ex gualdarijs, cui facta fuerit denunciatio, posse de damno dato accusare, et eius denunciatio stetur, et credatur, ac si ambo gualdarij accusarent. Videas infra

Anno Dni 1415, Ind. 8, tempore Sancti.mi in Xpo Patris, et D. N. Ioannis pp. xxiij, die 8 Augusti.

Convenientes in unum Dni Confalonerius, et Consules populi Civitatis Eugubij n.o 8 [illegible] et Baldinatius Nicolutij de q. S. Iuliani, Baldus Francisci de q. S. Martini, Colus Francisci de q. S. Petri, et ser Stephanus ser Matthaei de q. S. Andreae, quatuor prudentes habentes auctoritatem, et baliam ad infrascripta ordinamenta condenda, facien.s, et ordinans una, et simul cum supradictis M. Confalonerio, et Consulibus in Capella Palatij populi d.ae Civitatis Eug. agentes omnia, et singula infrascripta de consensu, voluntate, et mandato mag.ci et potentis Dni D. Guidantonij Comitis Montis Feretri, et d.ae Civitatis Eug. Urbini [illegible] de communi eorum duodecim concordia, consensu, et voluntate facta prius suspensione omnium, et singulorum statutorum, et ordinamentorum d. communis Eug. contra infrascripta ordinamenta loquentium, supradicti M. Confalonerius, et Consules, et supradicti prudentes considerantes, et advertentes, quod a multis temporibus citra per malitias, et rapacitates depopulatorum fructuum hortorum, vinearum, et arborum Civitatis, et comitatus Eug. ipsa Civitas, et eius comitatus egestate, et penuria in praeteritum fructuum praedictorum extitit praegravata, et hodie declinat in peius: Affectantesque ut filij pacis ipsam Civitatem, et eius comitatum ab huiusmodi rapacitate emundare, poenarum falce metu praecidere ad hoc ut ipsa Civitas fructibus praenarrati futuro tempore valeat abundare, et civibus et comitatinis hortos, et plantas fructuosarum arborum propagandi, atque plantandi accendat: Advertentes etiam, quod gualdarij in villis d. comitatus existentes multum pravum animum damnum dare volentium in rebus in ipsis villis existentibus: Videntes atque considerantes, quod villae ipsius comitatus ad praesens non sunt, prout tempore editi antiqui statuti d.ae Civitatis de electione gualdariorum villarum ipsius comitatus disponentis erant, fulcitae hominum numero et abundantia pro gualdariorum officio in villis ordinando pro custodiendis fructus [illegible] comitatus: Atque considerantes, quod per vetera, quae procedunt leges expedit de novo condi, et reformari, ut temporis conditio deposcit, ad hoc ut Respublica valeat sub [illegible] abundantia, et pace regi, et gubernari.

Quod qualibet villa comitatus Eug. habens quatuor fumantes faciat unum gualdarium. Rubrica [illegible]

1 Ordinaverunt, statuerunt, et providerunt, quod qualibet villa comitatus Eug. in qua ad praesens sunt, et in futurum erunt, et habet, et in futurum habebit simul, et semel quatuor fumantes, in quorum quolibet fumante sit ad minus unus homo habilis, homines ipsius villae teneantur, et debeant de hominibus ipsius villae in ipsa villa eligere unum gualdarium. Qui gualdarius teneatur, et debeat omnia facere, quae continentur in statuto communis Eug. posito in 4.o lib. Voluminis statutorum praedictorum Rub. 20, De electione

2 gualdariorum castrorum, et villarum, et eorum officio. Et si d. homines ipsius villae, vel talis villae habentis quatuor fumantes, ut dictum est, negligentes fuerint in eligendo gualdarium, universitas, et homines ipsius villae condemnentur in libris decem.

3 den. Et nihilominus cogantur ad d.m officium exercendum. In alijs vero villis, ubi sunt plures fumantes, quam quatuor eligantur duo gualdarij, prout in statuto praedicto continetur.

Quod quilibet comitatinus cogatur facere officium gualdariae, ubi ad praesens habitat. Rub. 2

4 Item ordinaverunt, et statuerunt, quod si contigerit, quod aliquis, qui sit oriundus ipse, vel eius pater alicuius castri, vel villae dicti

14 d. comitatus, et in ipso castro, vel villa habitaverit a duobus annis citra se absentaverit, sive recesserit de dicto castro, vel villa, et iverit

habitatum sive ipse solus, vel cum parte, vel tota eius familia in aliquo alio loco d. comitatus, vel in Civitate praedicta vel eius burgis, n

hilominus teneatur, cogatur, et debeat facere officium gualdariæ in eo castro, vel villa, unde recessit non obstante, quod ad dictum offi

1 gualdariæ electus esset, vel fuerit in villa seu loco, in qua, vel quo ad habitandum accesserit. Quod si facere recusaverit, pu

2 atur pro qualibet vice in libr. 25 den. ~~currentis monetæ~~ currentis monetæ de facto per D. Potestatem dictæ Civitatis. Et si d. D. Po

in hoc negligens fuerit, et non punierit talem recusantem incurrat in poena 25 libr. den. in quibus tempore sui sindicatus p

eius sindicos condemnetur.

Quod habens exemptionem finito tempore suæ exemptionis faciat gualdariam. Rub. 3

3 Item quod quicumque ad praesens habitat in aliquo castro, vel villa d. comitatus, et habet, et in futurum habebit aliqua bona immobilia in

Civitate, vel eius comitatu valentia ducentum libr. denariorum ravennatensium, vel ultra, et ei fuerit concessa exemptio, et immunitas ab

ribus quibuscumque d. communis sub quacumque conceptione verborum, quovis privilegio, quod finito termino suæ exemptionis t

neatur, et debeat, et cogatur ad officium gualdariæ exercendum in villa, sive castro ubi familiariter habitabit

Quod originalis comitatinus faciat gualdariam, non obstante exemptione, si possideat immobilia. Rub. 4

4 Item quod nulli originali comitatino Civitatis Eug. qui habet, vel habebit aliqua bona immobilia in Civitate, vel comitatu Eug. cu

concessa fuerit aliqua exemptio, quoad officium gualdariæ exercendum, neque quoad onus dictæ gualdariæ aliquas vires ha

at. Et quicumque fuit electus de praedictis in gualdarium villæ, vel castri, in qua, vel quo habitavit, ut praedicitur, debeat, et coga

dictum officium gualdariæ exercere non obstante immunitate, vel exemptione ei concessa, si aliquid immobile possederit, ut dictum e

5 Et si officium gualdariæ electus contempserit acceptare, et exercere incidat in penam x libr. den. currentium, quam de facto coga

solvere Camerario communis Eug. per dictum D. Potestatem dictæ Civitatis. Et nihilominus dictum officium gualdariæ exercere cogatur.

Quod originales comitatini habitantes in comitatu faciant gualdariam, quamvis habeant insignum civilitatis. R.

6 Item cum ipsa Civitas Eugubina propter graves guerras, et mortalitatum ictus, et eius comitatus hominum sit non diminuta, et quamplures

villæ d. comitatus, in quibus habitant quamplures homines artem agriculturæ operantes, qui dicunt se esse cives, et eorum antecesso

ribus civilitatem per communem Eug. fuisse concessam, et se habere civilitatis publica documenta et alij in dictis villis habitantes non sit t

non quod possint officij gualdariæ onus habiliter supportare; adeo ut vinearum, hortorum, caeterorum arborumque terrarum fructus n

valeant custodire, propter quod multæ ipsarum villarum possessiones efficiuntur incultæ: et ipsa Civitas, et ipsius habitatores cadunt in

laqueum paupertatis; Quapropter praedicti prudentes viri una cum supradictis Conf. et Consulibus cupientes ipsam Civitatem in dictorum

possessionum facere fructibus abundare, considerantes æquitati esse valde consonum, ut qui arte aliqua operatur, et ipsius artis sentiant

commoda, et honores, et incommoda, et onera reipublicæ commodum debeant supportare. Et ideo statuerunt, et ordinaverunt

quod quicumque a duobus annis citra habitavit, et nunc habitat in aliqua villa, vel castro comitatus dictæ Civitatis et in ipsa, vel in ipso agri

culturæ artem operatur, quorum, vel cuius praedecessores, et parentes fuerunt originarij comitatini comitatus Eug. debeant, et p

et cogi, et debeant facere officium gualdariæ in villa, seu castro, ubi ad praesens habitant, et in posterum habitabunt non obstante civilitate eis, vel eorum an

7 tecessoribus concessa: et qui fuerint electi debeant, et possint cogi, et cogantur ad dictum gualdariæ officium acceptandum, et exercendum in vil

8 la, seu castro eorum habitationis supradictæ per D. Potestatem, vel alium officialem d. communis huiusmodi cognitionem habentem. Et si quis dictorum venit ad off

guadaria, ut praedicti, electos, acceptaru, et exerceru contemptorie puniat pro qualibet uice, qua contradixerint, in lib. x

Liceat offendere damnum dantes in re, in qua damnum dant. Rub. 6

Item quod nonnulli tamquam diaboli filij tam audaces, quam temerarij, et uiolenti fructuum depopulatores existunt, quod quamquam magnam pecuniariam poenam intendant eis pro praedictis criminibus impositam, non propterea a praedictorum rapacitate curant desistere. Fuimus aequum, et iuridicum sit talium uim ui repellere, et rem suam in re sua deffensare.

Statuerunt, et ordinauerunt, quod si quis noctis tempore intrauerit, et damnum dederit, siue causa damnum dandi in aliquam uineam, ortum, uiridarium, uel clausuram alicuius; quod liceat, et licitum sit domino dictae rei, possessori, detentori, colono, et conductori, laboratori, filio, famulo, tutori, et cuilibet de sua familia per se ipsos, et quos uoluerint ipsum damnum dantem intrantem, ut praedicitur in ipsa re offendere cum quibuscumque generibus armorum tamen citra mortem, et membri mutilationem et dicto damnum danti, et intranti arripere clamidem, pannos, fornamenta, et quaecumque secum habuerit sine aliqua poena. Si uero de die posuit, et licitum sit supranominatis inuenientibus, ut praedicitur, damnum dare in re manibus uacuis offendere, clamidem, pannos, fornamenta, et quaecumque secum habuerint accipere. Et si praedicti damnum dantes, et intrantes recusarent, et non permitterent accipi res praedictas et se deffenderent cum manibus, uel alio genere armorum, quod tunc et eo casu liceat domino dictae rei, et supranominatis per se, et quos uoluerint dictum damnum dantem, et se defendentem offendere, et ipsum percutere cum quibuscumque generibus armorum, et de percussionibus etiam cum sanguinis effusione sine aliqua poena tamen citra mortem, et principalis membri incisionem. Et praedicta intelligantur, et locum habeant, et quod damnum daretur in ortis, uineis, et alijs quibuscumque rebus existentibus tam in ciuitate, quam in comitatu Eugubij

Poena personaliter damnum dantis in uinea, orto, clausuris, et arboribus fructiferis Rub. 7

1 Item ordinaverunt, et statuerunt, quod quicumque damnum dederit personaliter in aliqua vinea, orto, viridario, clausura, et arboribus fructiferis, et domesticis, et fructibus eorum, vel alicuius eorum a Kalendis mensis Martij usque ad Kalendas mensis Octobris si fuerit de die in libris duodecim currentis monetæ condemnetur: si vero de nocte duplicetur sibi poena.
2 In aliis vero temporibus in medietate dicta poena puniatur. Quam poenam soluere cogantur tales damnum dantes per officialem cognitionem habentem per apodixam sine aliquo processu Camerario Communis Eugubij.

Poena personaliter damnum dantis in terra seminata, et in bladis. Rub. ——— 8

3 Item quod si aliquis personaliter damnum dederit in aliqua terra seminata aliquo genere bladi, lini, vel leguminis, et metis, et couis, et bladis secatis, vel non secatis a Kalendis Mensis Martij usquequo bladum in dicta terra extiterit; vel bladum in ~~dicta~~ terra ipsa terra existens auferendo, vel modo aliquo devastando, puniatur pro qualibet vice in solidos viginti denariorum monetæ currentis, et in emendatione damni in duplum.

Poena personaliter damnum dantis in pratis, vel alia terra ad herbas. Rub. ——— 9

4 Item quod si quis personaliter damnum dederit in pratis, vel alia terra auferendo, metendo, vel devastando herbas in ipsis rebus existentes a Kalendis Mensis Martij usque ad Kalendas mensis Octobris puniatur pro qualibet vice in solidis viginti denariorum currentis monetæ.

Poena personaliter damnum dantis in siluis, et canetis. Rub. Xa

5 Item quod si quis personaliter damnum dederit in siluis, canetis, vel aliis rebus incidendo ligna vel cannas, vel canapilia puniatur pro qualibet vice in solidis viginti denariorum currentis monetæ.

Poena animalium damnum dantium in terra bladata, vel seminata. Rub. XIa

Vide infra fol. Rub. 4

1 Item quod si boves, asini, equi, muli, capre, porci, et his similes damnum dederint in aliqua terra bladata, sive seminata aliquo genere bladi, lini, vel leguminis, vel aliquo prato, vel aliqua terra signata ghiffa, vel bladis secatis, et evulsis a terra, vel cancis a Kalendis mensis Martij usque ad Kalendas Octobris puniatur patronus vel detentor, sive custos ipsorum pro quolibet dictorum animalium, et qualibet vice in solidos viginti denariorum currentium.

Poena animalium damnum dantium in vinea, vel orto. Rub. 12

2 Item quod si dicta animalia damnum dederint in aliqua vinea, vel orto puniatur dominus, sive patronus, custos, vel detentor ipsorum pro quolibet dictorum animalium, et qualibet vice in solidis 40 denariorum currentis monete.

Poena animalium damnum dantium in silua cedua. Rub. 13

3 Item quod si dicta animalia damnum dederint in aliqua silua tagliariccia, sive incisa infra duos annos a Kalendis mensis Martij usque ad Kalendas Octobris puniatur dominus, patronus, custos, vel detentor ipsorum animalium pro quolibet, et qualibet vice in solidis viginti denariorum currentium.

Poena animalium pecudinarum damnum dantium. Rub. 14

4 Item quod si aliqua bestia pecudina damnum dederit in aliqua dictarum rerum a Kalendis mensis Martij usque ad Kalendas mensis Octobris puniatur dominus, detentor patronus, sive custos ipsorum animalium pro qualibet bestia pecudina, et qualibet vice in solidis duobus monete currentis.

Poena damnorum datorum quo tempore mediantur. Rub. 15

5 Item quod si damnum datum fuerit in aliqua rerum predictarum in alijs temporibus, quam in suprascriptis tam personaliter, quam per animalia supra scripta, damnum inferentes et dominus, vel detentor, patronus, vel custos ipsorum animalium in medietatem poena supra declarata puniatur, singula singulis referendo.

De poenis duplicandis tempore noctis. Rub. 16

1 It(em) q(uo)d d(ict)u(m) omnib(us) damnis datis tam personaliter, quam cum animalib(us), vel per anima-
lia tempore noctis poena delinquentib(us), et dominis, et possessorib(us), custodibus, vel
detentorib(us) ipsorum animalium duplicetur.

Quod confitentibus detrahatur quarta pars, et negantibus
augeatur. Rub. —————————— 17

2 It(em) q(uo)d si tempore excusationis illi, contra quos procederetur de aliquo damno dato per-
sonaliter, vel cum animalib(us), sive per animalia, confessi fuerint damnum datum, de-
3 trahatur quarta pars: si vero negaverint, et probatum fuerit, addatur eis quarta
pars prout fit in maleficijs secundum formam statutor(um) Communis Eugubij.

Qua intelligatur esse clausura. Rub. —————————— 18

4 It(em) ordinaverunt, et statuerunt declarantes ad hoc, ne aliqua oriatur dubitatio, quae in-
telligatur esse clausura: Quod clausura intelligatur terrenum clausum [...] aliqua
clausura muri, sive fossati, sive sepis, et his similibus, in quo sint ad minus decem ar-
bores, sive plantae arborum domesticarum fructus producentes. Sive vinea, sive horti
5 vel canetum. Et intelligatur personaliter damnum dedisse in clausura, si fructus arborum
in ea existentium, vel ipsorum partem accepit, sive aliquas plantas, vel ramos arborum
ipsius modo aliquo devastaverit, vel de rebus in ipsa clausura existentib(us) aliquid acceperit.

Quilibet laborator possessionis plantet quatuor plantas arboris dome-
sticae quolibet anno. Rub. —————————— 19

6 It(em) ad hoc, ut Civitas p(raedic)ta, et eius Comitatus arborib(us) domesticis, et ipsor(um) fructib(us) decoretur,
et abundet; Statuerunt, et ordinaverunt, q(uo)d quilibet laborator, conductor, sive cotti-
mator alicuius possessionis Comitatus Eugubij, et etiam alij, qui sua possessiones suis manibus co-
lunt, teneantur, et debeant ponere, sive plantare quolibet anno congruis temporibus
ad minus quatuor plantas arborum domesticarum in loco, sive locis, quem vel quos elegerit
d(omi)n(u)s sive possessor d(ictae) possessionis ad poenam decem solidorum denarior(um) pro qualibet planta,
et qualibet vice qua omiserit, et praed(icta) no(n) servaverit.

Poena personaliter damnum dantis ad plantas, et arbores domesticas. Rub. 20.

1 Item quia parum esset, plantas domesticas, arborum plantare, et ipsas plantas incustoditas relinquere, et non deffensare: et ad hoc, ut ipsae plantae, et arbores pingues fiant, et ad optatum finem fructuum producendorum perveniant, statuerunt, et ordinaverunt, quod quicumque personaliter damnum dederit in re aliena aliquas plantas, sive arbores domesticam modo aliquo deturpando, vel devastando puniatur pro qualibet planta, sive arbore, et qualibet vice in uno floreno auri.

Poena animalium damnum dantium ad plantas, et arbores domesticas. Rub. 21

2 Item quod si aliquod animal damnum dederit alicui in aliqua planta sive arbore domestica ipsam corrodendo, vel modo aliquo devastando, ipsorum animalium dominus, sive possessor, detentor, sive custos puniatur pro qualibet bestia asinina, bovina, caballina, et his similibus, et pro qualibet bestia porcina, sive caprina, et qualibet vice, et qualibet planta, sive arbore in solidis quadraginta denariorum currentis monetae.

Quod de damno dato ad plantas, et arbores domesticas tam syndici, quam gualdarij teneantur accusare. Rub. 22

3 Item quod de damno dato tam personaliter, quam per animalia ad plantas, et arbores domesticas teneantur, et debeant accusare, et denuntiare gualdarij, et syndici castrorum, et villarum comitatus Eugubij, scilicet illi, cui denunciatum, sive protestatum fuerit per damnum passum infra terminum quinque dierum a die protestationis, sive denunciationis eis, aut alteri ipsorum factae ad poenam centum solidorum denariorum currentis monetae pro quolibet, et qualibet vice

4 qua negligentes fuerint non accusando. Et etiam officialis ad hoc deputatus, et deputandus possit de praedictis per inventionem, et custodum secretorum relationem procedere, et delinquentes in poenis praedictis punire.

Quod de damno dato teneatur pater pro filio, et pater fam. pro quolibet de sua familia. Rub. 23

5 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod de damno dato teneatur ~~pater pro filio~~, et cogatur ad poenam solvendam pater pro filio, et quilibet pater familias pro quolibet de sua familia secum habitante, et convivente.

Poena intrantium cum armis in rebus alienis pro damno dando. Rub. 24

1 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quicumque intraverit in aliquam vineam, hortum, viridarium, vel
clausuram alicuius in Civitate, vel Comitatu Eugubij existentia, et damnum in eis dederit absque
licentia domini, possessoris, sive illius ad quem dicta res pertineat, et portaverit secum in ipsa re aliquod
genus armorum, puniatur per officialem damnorum datorum, vel alium iurisdictionem habentem pro
portatione dictorum armorum ultra poenam damni dati pro qualibet vice in libris quindecim dena-
2 riorum currentis monetae. Si vero non dederit damnum, et intraverit cum armis, non puniatur
de portatione armorum; sed solummodo de damno dato pro introitu.

Qui possint accusare de damno dato de visu sine testibus. Rub. 25

3 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quilibet dominus, possessor, detentor, colonus, laborator, conductor,
tutor, curatorque possint, et eis liceat accusare, et denunciare omnes, et singulos damnum dan-
tes personaliter, et dominos, custodes, et possessores animalium damnum dantium in rebus dictis nomini-
bus ad se pertinentibus, praestito primo iuramento per accusatorem, quod viderit accusatum, et
vel eius animalia damnum dare prout in eorum accusationibus, sive denunciationibus fiet mentio.
4 Quam accusationem, sive denunciationem dictus accusans facere, et procedere teneatur coram officiali,
qui de hoc cognitionem habebit infra terminum dierum trium a die damni dati computandorum
ipsa die exclusa, declarando in dicta ipsa accusatione sive denunciatione diem damni dati.
5 Vigore cuius accusationis accusatus cogatur per officialem predictum ad solvendum Camerario Commu-
nis Eugubij per apodixam pro dicto damno dato nomine poenae solidos 20 denariorum curren-
6 tis monetae sine aliqua damni emendatione, et expensarum refectione. Hoc addito, quod si
accusatus probaverit concludenter, se, vel eius animalia damnum, de quo in accusatione con-
tra ipsum facta continetur, non esse datum per se, neque per ~~eos~~ eius animalia, quod in dicto casu ac-
cusator duplum poenae solvere compellatur, et etiam ad reficiendum expensas ipsi accusa-
to dicta occasione factas.

Quod officialis procedat, et poenas imponat de similibus ad similia. Rub. 26

Item statuerunt, et ordinaverunt, ~~quod officialis predictus teneatur et debeat in suis sententijs condemnato-~~
7 ~~rijs vel absolutorijs~~ quod officialis damnorum datorum dictae Civitatis possit, et ei liceat procedere,
~~et~~ et poenas imponere de similibus ad similia, et condemnare ~~p~~ per damnis datis per ac-
cusationem, denunciationem, inquisitionem inventionem, et custodum, secretorum relationem.

Quod in

Quod in sententijs damnorum datorum, victus victori condemnetur in expensis. Rub. 27

1 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod officialis predictus teneatur, et debeat in suis sententijs condemna-
torijs, vel absolutorijs super damnis datis victum victori semper in expensis legitimis con-
demnare, et de ipsis expensis contra condemnatum ad petitionem victoris executionem rea-
lem, et personalem facere cum effectu.

Poena duplicanda officialibus, et eorum famulis damnum dantibus. Rub. 28

2 Item statuerunt, et ordinauerunt ad hoc, ut qui alios regit, et errantes corrigit, se, et suam fami-
liam laudabiliter dirigat ad rectum, et alijs non prebeat materiam peccandi: quod quicumque
officialis Communis Eugubij, vel dictorum, vel alterius eorum damnum personaliter de-
derit in aliqua predictarum rerum, in poena dupli debeat condemnari.

Quod de damnis datis non manifestis officialis, qui invenerit
damnum dantem habeat partem poenae ——— Rub. 29

3 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod si aliquod damnum datum fuerit alicui in aliqua re in
predictis capitulis nominata existente in Ciuitate, et Comitatu Eugubij infra terminos, et
confines certos dicti officialis tam personaliter, quam per animalia, et damnum inferens, et
dominus, vel nomen nominis predictorum animalium non esset manifestus; dictus officialis ad petitionem damnum passi procedere
debeat, et inquirere; et si per eius industriam, et sollicitudinem inuestigando reperierit da-
mnum dantem, vel dominum, sive nomen nominis animalium damnum dantium, quod dictus offi-
cialis habita sufficienti fide, et probatione de dicto damno cogat damnum inferentem, et
dominum, sive nomen nominis animalium ad poenam soluendam, que in predictis statutis fit mentio.
Et in dicto casu dictus officialis habeat, et lucretur illam partem dicte poenae, quam solui fecerit in
Communi, quam habere deberet, si de dicto damno per ipsum, vel per eius officiales, vel fa-
miliam esset facta inventio.

Infra quos terminos officialis teneatur, et possit procedere
per inventionem ——— Rub. 30

4 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod officialis damnorum datorum Communis Eugubij per se, ac
et eius notarios, et familiares possit, debeat, teneatur, et ei liceat inuestigare, et in-
ventiones facere pro damnum dantibus personaliter, et cum animalibus, et per animalia damnum
dantia

et usq. ad flumen Paululis prout vadunt d.ta flumina
dantia infra, et intra eos confines v3 a flumine Toreti, usq. ad Sabundas, et a d.s Sabundis
usq. ad montes versus Civitatem, et in rebus existentibus in dictis montibus, usq. ad summitatem ne
1 sus planum Eugubij, et in ipsa Civitate. Et de poenis, et quantitatibus pecuniarum, quas
devenire fierent ad manus Camerarij Communis Eugubij occasione inventionum per ipsum
vel eius familiam factarum in rebus d.is quibus in p.nti statuto, et capitulo fit mentio, sive de
clarantia, quartam partem habeat.

Poena portantium uvas ——— Rub. 31.

2 Item quod nulla persona cuiuscumq. conditionis, et status existat, possit, nec ei liceat appor
tare ad Civitatem Eugubij uvas acerbas, vel maturas et d.e re sua ultra tres grappos.
Et si quis inventus fuerit apportare ultra tres grappos, cogatur per d.m Officialem ad sol
vendum Cam.rio Communis Eugubij pro qualibet grappo, quem apportaverit ultra dictos
tres grappos, solidos quinque denariorum currentis monetae.

Poena portantium fructus, quos collegerunt in re aliena sine licen-
tia, et quomodo debeat esse licentia, si data est ——— Rub. 32.

3 Item quod si quis repertus fuerit per d.m Officialem, vel aliquem de sua familia apportare uvas
ficus, persica, nuces, amigdalas, fabas, caules, vel olera, sive alios fructus, quos, sive
quae collegerit de rebus alienis absq. licentia, et voluntate d.ni possessoris, conductoris, la
boratoris d.ae rei, vel alterius de eorum familia, puniatur in solidis 20 denariorum pro qua
4 libet, et qualibet vice. Quae voluntas, et licentia in d.o casu intelligatur, quod dominus, pos
sessor, conductor, laborator rei, vel aliquis de eorum familia dixerit, et iuraverit, se cum ad
rem, ad eos pertinentem, ut predicitur, d.os inventos duxisse, et d.os fructus d.e re ad eos per
tinenti de ipsorum voluntate, et consensu collegisse, et stetur, et credatur ipsis dicto cum
sacramento.

Quod licentia data pro damno debeat esse data per unum diem ante damnum
datum, et scripta manu notarij, vel alterius persona cum duobus testibus Rub. 33.

7 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod si d.i reperti d.os fructus apportare, et quicumq. repertus fue
rit damnum dare in aliqua re alterius, vel eius animalia, dixerit, vel dixerint, se hoc fe
5 cisse de voluntate, sive licentia eius, ad quem pertinet res, in qua d.m damnum dare reperti
sive reperta fuerint, vel fructus collegerint, et ostenderint licentiam eis, aut alteri eorum
datam

datam per dominum, possessorem, laboratorem, sive conductorem, vel alterum eorum, vel alium, ad quem dicta res
1 pertinuerit, in scriptis, qua licentia appareat sibi data ad minus per unam diem ante inventionem
contra se factam, scriptam manu alicuius notarij, sive privatae personae cum duobus testibus fide
dignis, nullam poenam incurrat, praeterquam si ultra tres grappos apportaret. Si vero licentiam, ut
praedicitur, non haberet, sive non haberetur, cogatur dictus damnum dans, vel dominus, sive pos-
sessor animalium damnum dare repertorum, solvere illam poenam, quam eis in presentibus sta-
2 tutis imponitur. Repertus vero apportare fructus non habens licentiam, ut supra dictum est, sol-
vat pro poena solidos viginti denariorum currentium. poena quarta pars sit officialis, et reliquae
tres partes communis Eugubij.

Poena negantis rem pertinere ad damnum passum, si probatum fuerit pertinere. Rub. 34

3 Item, quod quicumque fuerit accusatus, denunciatus, vel inventus damnum dedisse in aliqua re alte-
rius personaliter, vel per eius animalia, et interrogatus ab officiali negaverit, rem, in qua accusatus,
vel denunciatus, sive inventus fuerit ipse, vel eius animalia damnum dedisse, esse accusatoris, vel denun-
ciatoris, vel eius, in cuius re diceretur dictum damnum fuisse datum, sive dictam rem ad eos pertine-
re, et probatum fuerit coram dicto officiali rem praedictam pertinere ad accusatorem, sive ad eum, qui
in accusatione denunciatione, sive inventione pertinere diceretur, cogatur dictus accusatus, denuncia-
tus, vel inventus solvere nomine poenae pro d(ict)a negatione libras decem denariorum currentis monetae, et
etiam pro damno dato illam poenam, quae in presentibus statutis, et ordinamentis continetur.

De emendatione damni facienda damnum passo per damnum dantem. Rub. 35.

4 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod officialis suprascriptus, sive alius, qui de damnis datis cognitionem
habeat, teneatur per damnum dantem damnum passo facere emendare scilicet de omnibus damnis da-
tis, de quibus ipse officialis procederet per accusationem, denunciationem, inventionem et per denuncia-
tionem, et relationem custodum secretorum. Et teneatur officialis praedictus notificare facere damnum
5 passo damnum, per quem, et in quo loco, sive in qua sua re datum fuerit, de quo damno ipse proces-
serit per inventionem suam, et suae familiae, et per denunciationem custodum secretorum.

De parte poenarum concessa officiali occasione suarum inventionum. Rub. 36

6 Item cum omnis labor quantumcumque gravis levis fiat, et amarus praemiorum expectatione dulcescat:
et ad hoc ut officiales, qui super damnis datis in portorum in dicta civitate deputabuntur circa
custodiam

custodiã rer, et fructuũ terrar, et arborũ d.te Civit, et eius comitatus diligentius intendant, statuerunt, et ordinauerunt firmant.r, qd officialis plani, et dam. dator communis d.te Civit habeat, lucret. et habere debeat quartã partem cuiuscumq quantitatis pecuniæ, quam deuenire fecerit in communi Eug. et solui fecerit Cam.o d.o cois tempore sui officij occasione, et prætextu inuentionũ factar p ipsũ officialem, vel aliquẽ de sua familia de dannis datis in rebus positis infra confinia, de qbus i.o in 30 cap. fit mentio Et qd Cam.ius cois Eug. qui tunc erit, teneat et debeat eidem off.li d.o quartã partem dare, et soluere de pecunia, quã d. officialis eidẽ solui fecerit prædictã occasione ad omnẽ ipsius off.lis petitionẽ sine alia apodissa, siue buletta ad penã decem librarum denariorum currentis monetæ pro qualibet uice, qua per dictum Camerarium contra factũ fuerit.

De notarijs eligendis ad officium damnorum datorum. Rub. 37.

1 It, statuerunt, et ordinauerunt, ad hoc ut off.lis qui in posterũ deputabit sup damnis dat, et uijs, et eius familiares facilius uacare possint, et solerter curã habere circa defensionẽ fructuũ possessionũ Civit, et comitatus Eug. et reaptationem uiar, pontiũ, et fontium d. comitatus, qd p Dños Conf.rios et Consules, qui pro tempore erunt, deputent, et eligant duo notarij noti, et experti ciues Eugubini vz unum ex parte orientis, et alter ex parte occidentis super

2 damnis datis. Qui duo notarij debeant stare, et residere congruis ~~temporib~~ dieb, et horis ad bancũ d. off.lis et accipere, registrare ad librũ omnes, et singulas accusationes, et denunciationes, quæ produci contigerit coram d. officiali, et omnes, et singulos actus, et processus usq ad sententiam inclusiue absq aliquo salario eis deputando.

3 Et qa omnis labor præmiũ optat, ordinauerunt statuentes, qd d. notarij, ut prædr deputandi, possint, et eis liceat accipere in eor mercedem, et sibi solui facere ab accusatoribus, et accusatis de actis, et sententijs, quos, et quas scripserint super processus accusationũ porrectar, prout facere possunt, et consueuerunt notarij ciues deputati ad causas ciuiles in curia dni Potestatis dictæ Civitatis.

De electione custodũ secretor super damnis datis, et eor officio. Rub. 38

4 It, statuerunt, et ordinauerunt ad hoc, ut abscindat.r materia damnũ dandi in rebus d.te Civit, et eius comitatus, quod off. sup dam. dati deputandus teneat, et debeat in princ. sui officij ordinare custodes secretos, quos ei libuerit, et uidebit.r tã de Civit, et burgis, qm et de comitatu d.te Civit habito prius colloquio de prædictis cũ dñis Conf.rijs et Consulibus d.te Civit, quor sequat uoluntatem. Qui custodes referant, et referre possint, et debeant off.li pro omnes, et singulos homines, et personas, et dños, et possessores animaliũ, quos, quas, et quæ uiderint damnũ dare in uineis, hortis, uiridarijs, clausuris, arboribus domesticis, et plantis arbor domesticor, et uitibus existentibus in rebus, et possessionibus Civitatis, et comitatus Eug. Quor custodũ secretor duret officiũ duobus mensibus quibus finitis eligantur alij, et sic de duobus mensibus in duos menses semper d. custodes ad prædicta eligantur, et deputentur. Et a d. off.o et onere custodis secreti nullus possit se excusare, uel defendere prætextu alicuius inuentionis

immunitatis,

~~immunitatis~~ immunitatis, et civilitatis. Et comitatini teneantur facere, et cogantur ad d.m officium custodiae secretae in villa, seu castro ubi habitaverint per maiorem partem
1 anni, et ubi habuerint maiorem partem suarum rerum. Quorum custodum secretorum relationi statur, et credatur primis eis, et cuilibet ipsorum prestito iuramento d.o bene, fideliter, iuridice, et bona fide facere eorum officium, et referre damna dantes personaliter, et d.nos, et possessores animalium damnum dantium, et quos, et quae viderint damnum dare in rebus alienis facti. Et qui relati fuerint per d.os custodes, et possessores animalium de damno dato cogantur per d.m officialem ad solvendum poenam eorum delicti per
2 apodissam fam.i Communis Eugubij prout in generalibus ordinamentis continetur. Et si d. officialis negligens fuerit in aliquo praedictorum puniatur per sindicos, qui eum sindicabunt tempore sui sindicatus in libris 25 denariorum currentis monetae.

Quod d.o illis, quae in generalibus ordinamentis non declarantur officialis procedat secundum formam certorum aliorum statutorum hic declaratorum Rub. 39

3 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod officialis Communis Eugubij, qui de damnis datis cognitionem habebit, damnum dantes, et d.nos, et possessores animalium damnum dantium in rebus d. Comitatus, de quibus in generalibus ordinamentis non est facta mentio specialis, puniat, condamnet prout in statutis d. Communis positis in quarto libro voluminis statutorum d. Communis super damnis datis latius continetur. Et in casibus statutorum d. quarti libri admissi pro-
4 cedat, et puniat secundum formam statutorum, et ordinamentorum dicti Communis scriptorum in volumine statutorum d. Communis manu ser Virginij Iohannis notarij de Eug.o

Quod habentes possessiones iuxta vias non mittant aquam in ipsis per sulcos, vel aquarios ———— Rub. 40

5 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quicumque, cuiuscumque conditionis existat, habens terras, et possessiones iuxta stratas regales, et vias publicas, non debeat, neque ponere aquam sulcorum, vel aquariorum descendentem ex terra, vel possessione, quam tenet, immittere, vel dirigere versus d.as stratas, vel vias, nisi primo faciat, vel fieri faciat fossatum intra ipsam rem et stratam, vel viam,

ita

ita quod aqua descendens de sua possessione per sulcum, vel aquarium, sive alio modo non intret in stratam, sive viam, sed recipiatur per fossatum, quod fieri intra stratam sive viam et possessionem suam.

Quod quicumque habet terras iuxta vias faciat fossata, per quae recipiatur aqua fossati sui vicini ——— Rub. 41

1 Item quod quicumque habet terram, sive possessionem iuxta stratas, faciat, vel fieri faciat fossatum iuxta rem suam, in quo recipiatur aqua fossati sui vicini, ne aqua intret in stratas, sive vias publicas.

De cloacis fiendis, in quibus derivet aqua pro vijs manutenendis. Rub. 42.

2 Item quod quicumque habet terras, sive possessiones iuxta stratas, vel vias publicas teneatur facere vel fieri facere, et factas manutenere cloacas in dictis stratis, vel vijs. Quae cloacae fiant et fieri debeant expensis illorum, qui possident terras iuxta dictas cloacas tam ex parte superiori quam inferiori.

De stratis, et vijs nudandis a sterpis, spinis, et alijs impedimentis. Rub. 43

3 Item quod quicumque habet terras, et possessiones iuxta stratas, et vias publicas teneatur, et debeat, ipsas stratas, et vias tenere, et manutenere nettas, et expeditas, et ipsas nettare, et purgare, quantum protendit res sua, ab arboribus, et ramis arborum, spinis, sterpis, et quolibet alio impedimento, ita quod transeuntibus, et transire volentibus per ipsas tam equester, quam pedester nullum praestetur impedimentum.

Quod homines universitatis castrorum, et villarum manuteneant, et aptent vias, pontes, et fontes in eorum curijs ——— Rub. 44

4 Item quod homines, et universitas castrorum, et villarum comitatus Eugubij teneantur, et debeant stratas,
et vias publicas manutenere, et ubi expedit aptare, ita quod per eas libere transire possit cum per
5 sonis, et animalibus. Et in locis ubi expedit reaptare pontes, et ipsos de novo construere consi
6 derata tamen expensa, et possibilitate universitatis. Teneantur et dictae universitates fontes, qui
~~indigent reparatione reparare~~ sunt in eorum curijs, et vellis scarcare, removere, et nettare
et qui indigent reparatione reparare, ac et murare &c. et sicut dicto officiali videbitur, et placuerit

Quod

Quod officialis solicitè attendat super aptationē, et conserva-
tione viarum, pontiū, et fontium. Rub. ~~46~~ 45

1 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod d. officialis teneatur, et debeat vinculo iuramenti solicitè, et bona fide stratas, et vias publicas, et vicinales, et fontes, et pontes construendos, reficiendos, et reaptandos Comitatus Eugubij, et fossata, et cloacas iuxta stratas, et vias existentia, et existentes facere reaptarē, et searcarē, et fieri facerē prout viderit esse opportunum. Et vias publicas, et vicinales occupatas in totum, vel in
2 partem facerē ab occupantibus relaxari, et in statu pristino reduci ex suo officio, et etiam ad petitionem cuiuscumq. petentis. Et alia circa reaptationem viarum, pontium, et fontium, et
3 fossatorum, et cloacarum fieri facere teneatur, prout viderit, et cognoverit expediri.

Arbitrium officialis damnorum datorum, et viarum super poenis impo-
nendis pro suo officio exercendo —— Rub. 46

4 Item ad hoc ut metu poenae officiali predicto obedientia adhibeatur tam a civibus, quam a Comitatinis Eugubij, quam etiam ab alijs personis; statuerunt, et ordinaverunt, quod d. officialis possit, et sibi liceat pro suo officio exercendo imponerē poenam viginti solidorum, et usque ad dictam quantitatem multare quemcumquē inobedientem.

5 Quod officialis teneatur facerē librum totius eius, quod solvi fecerit causā
occasionē sui officij —— Rub. 47.

Itē

Quod officialis faciat librum inventionum suarum, et relationum, et denun-
ciationum custodum secretorum —— Rub. 48

6 Item quod d. officialis teneatur, et debeat facerē, sive fieri facerē unum alium librum, in quo scribat, sive scribi faciat omnes, et singulas inventiones, quas ipse, sive aliquis de sua familia fecerit particulariter, et declaretur cum die, et nominē personarum, et possessorum animalium inventarum, et inventorum. Et similiter denunciationes, et relationes custodum secretorum, cuius custodis secreti nomen semper teneatur celatum, et non reducatur in scriptis in d. libro. Quem librum d. officialis debeat, et teneatur redderē, et consignare suis sindicatoribus tempore sui sindicatus

quam per officialem Communis Eug. iurisdictionem d. Doc habentem d. damno dato personaliter, uel cum animalibus in aliqua uinea, horto, uiridario, et arborib. domesticis, et plantis ipsarum arborum in ciuit. et comitatu Eugubij existentib. procederetur per inuentione factam per officialem, et eius familiam, aut per denunciationem, et relationem factam per custodem secreti, cogatur p officialem pdm ad poena debitam soluend. Cam.rio Communis Eugubij per apodixam sine alia condemnation., et processu: et d. d. damnis datis inuentis, et relatis, ut praedicitur, non possit per damnum passos fieri renuncia, et si fieret non admittatur quoad diminutione impositae poenae per formam praesentium ordinamentorum.

De poena deriuantis aquam in rem alienam.

2 Itm statuimus, qd si quis deriuauerit, uel deriuari fecerit aquam studiose in rem alterius condemnet Communi pro qualibet uice in centum sol. rauen., et emendet damnum passo, et cesset a molestia, et in pristinum statum cursum d. aqua reducatur, et reducere debeat, non obstante aliqua consuetudine, nec ipsius praescription., et intelligatur deriuare si in terreno suo uersus terrenum alterius fodietum fecerit fossatum, uel sulcum, siue aquarium, ubi non consueuit esse. Addimus insuper, qd nul-
3 lus audeat, uel praesumat ration. aliqua deriuare aquam alicuius fluminis, uel fossati d. loco suo unde solita est ire, et ad alium locum transmittere, uel transuertere, seu aliquod impedimentum, uel obstaculum ponere, uel obijcere aquae, per quod aqua alicuius fluminis per alium locum deriuetur. si quis uero contrafecerit in 25 libr. rauen. Communi Eug. condemnetur: et nihilominus cogatur per Potestatem ad reducendum aquam in pristinum statum. et quilibet possit d. praed. accusare, et denunciare: et Potestas possit inquirere d. praedictis, et culpabiles condemnare.

De poena incidentis uites pergulas, uel arbores.

4 Statuimus, et ordinamus, quod si quis inciserit uineam alicuius, si inciserit decem uites, uel ultra usque ad quindecim uites condemnetur Communi Eug. in quinquaginta libr. et damnum emendet in duplum patienti. Et si quis inciserit uigintiquinq. uites, uel ultra in centum libr. rauen. Communi condemnetur, et damnum in duplum emendet patienti, et si non fuerit soluendo amputetur

tus ad poenam in proximo praecedenti statuto, sive capitulo scriptam.

Quod officialis damnorum, et viarum teneatur ad petitionem cuiuscumque petentis contenta in praedictis statutis observare sub poena. Rub. 49

1 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod officialis damnorum datorum, viarum, pontium, et fontium communis Eugubij, et quilibet alius officialis dicti Communis, qui de praedictis cognitionem habebit quando dicti officialis vacaret, qui, et quando esset requisitus super praedictis vel aliquo praedictorum in dictis capitulis contentorum, teneatur, et debeat, et teneantur, et debeant observare, et observari facere referendo singula singulis; et poenas exigere, et in communi pervenire deveniri prout in supradictis statutis, et capitulis seriosius continetur sub poenis in eis declaratis. In quibus tempore eorum sindicatus per eosdem, vel per alterius eorum sindicatores puniri debeant de facto eorum totiens, quotiens per aliquem dictorum officialium in aliquo praedictorum fore invenerint contra

2 factum. Et cum aliquis dictorum officialium fuerit circa praedicta vel aliquod praedictorum per aliquem requisitus, et negligentiam commiserit non observando, et observari faciendo praedicta vel aliquid praedictorum, credatur, et credatur iuramento illius, qui dixit, se illum officialem requisivisse, et ipsum officialem fuisse negligentem, cum probatione plena unius testis civis Eugubini bonae conditionis, et famae et omni exceptione maioris.

Additio facta villae Sanctae Mariae de Casamorcia. Rub. 50

3 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod Burginus Petri, Betillus Maggi, Cantillus Petrucij, et Petrus Bindi, qui sunt de villa Submontis Comitatus Eugubii et in dicta villa habitant, familiantque, et eorum descendentes, et posteri, et quilibet de eorum ~~genere~~ progenie, et stirpe teneantur, et debeant facere, et exercere officium gualdariae, et custodum secretorum, et omnia alia onera subportare in villa Sanctae Mariae de Casamorcia quoad omnia onera realia, et personalia, et mixta, et sint liberi, et exempti a dicta villa Submontis. Et intelligatur dicta villa Sanctae Mariae de Casamorcia comprehendere habere, et tenere intra se, et in se domos, habitationes, et exemptiones dictorum Burgini, Betilli, Cantilli, et Petri in dicta villa Submontis ad praesens existentium, videlicet a muris dictarum domorum versus villam Sanctae Mariae de Casamorcia.

Quod poena damnorum datorum solvantur Camerario Communis per apodissam sine alia condemnatione, et quod non possit renunciari inventionibus, et relationibus custodum secretorum. Rub. 51

4 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod qualibet persona cuiuscumque conditionis, et status existat, contra

quam

amputetur sibi manus dextra in utroque praedictorum casuum. Et si quis inciserit a decem vites infra condemnetur Communi in vigintiquinque libr. ravennat. pro qualibet vice, et damnum in duplum emendet patienti. et si non fuerit solvendo fustigetur per Civitatem Eugubij et sic perpetuo exbannitus de Civitate, comitatu, et districtu Eugubij.

2 Et si quis inciserit aliquam pergulam, vel vitem in Civitate condemnetur in libr. vigintiquinque ravenn. pro qualibet vice.

Et si quis inciserit aliquam arborem fructiferam existentem in vinea, clausura, horto, vel campo in Civitate, vel comitatu Eugubij condemnetur in libris decem ravennat. et si aliam arborem in aliquo praedictorum locorum condemnetur in centum sol. ravenn. et damnum patienti emendet.

Liber quartus statutorum

Incipit liber damnorum dator. de poena personaliter damnum dantis —— Rubrica 8.a

1 Statuimus, et ordinamus, qd si quis dederit damnu alicui personaliter, per Potestatem condemnet
in 40 solidos Rauen. Communi si fuerit de die. Si uero fuerit de nocte condemnetur in duplum.
Et si soluere no potuerit, qd mittatur ad catena, et per tota Ciuitatem fustigetur. Et unus testis
bona fama, et conditionis sufficiat ad probandum pred.a Et emendet condemnatus in duplu
damnu patienti. Et si damnu dati fuerit ultra 40 sol. Rauen. sufficiant ad probandu duo te-
stes de ualore damni. Et a x solidis usq ad xx solidos credatur sacramento damnu patientis.
Quar. condemnationu medietas sit Communis, et alia accusantis. Et ad accusandu de pdis, et de
2 damno dato cu animalibus admittatur dnus rei, et eius filius, seruiens, colonus, custos, prior,
tutor, siue tutrix, actor, et curator. Et d.a accusa pomine proxpqui, quemadmodu ponit do-
minus rei. Et teneatur Iudex maleficior. et notarius damnor. dator. tempore excusationu
3 interrogare accusatu, si res, de qua accusatus est, pertineat ad accusatore nec ne, uel ad ali-
um. Et si est ciuis, et continuus habitator Ciuitatis Eugubij dummodo in accusa sit insertu.
Et cogat pdum accusatu respondere ad pred.a precise sic, uel non. Et hoc locu habeat in da-
4 mnis datis tam personaliter, qua cum animalibus. Et possit induci laborator in dominum rer. in
qbus damnu datu fuerit, ad probandu pta, et recipiatur, et admittatur ad accusandu conti-
nuus habitator Ciuitatis Eugubij cu sacram.to credulitatis de damno dato tam personaliter,
5 qua cum animalibus. Et si in responsione negauerit rem, in qua diceretur damnu fore
datu pertinere accusatori, condemnetur in x libras rauen. si contrariu apparebit, uel
ostendetur, rem pertinere accusatori; nisi accusatus probauerit rem, in qua accusatus est,
ad aliu pertinere. Et Potestas contra talem possit inquirere, et reperiendo culpabilem con-
demnare.

Quod dnus rei possit accipere clamidem, et fornamenta cuiuslibet,
quem inuenerit in re sua damnu dare —— Rub. 2

6 Ordinamus, statuentes, qd si quis inuentus fuerit in re aliqua damnu dare, qd dnus rei, siue pos-
sessor, uel laborator pro se, et quos uoluerit, possit ei accipere clamidem, et fornamenta libere, et
sine

1 sinꝰ poena, et secum portare. Et si darꝰ contempserit eidem condemnetur per Potestatem in 40 so-
2 lidos ravennat. Et credatur dictꝰ tali contemptionꝰ sacramento accipientis. medietas cuius banni
et condemnationis sit Communis, et alia accusantis.

Quod nullus possit accusarꝰ de damno dato elapsis trib. mensib. Rub. 3

3 Providimus statuentes, quod nullus possit accusare, vel denunciarꝰ alium de damno dato elapsis
tribus mensib. a die damni dati. Et quod nullus possit condemnari de damno dato in maiori
4 quantitatꝰ, quam res valeat, in qua accusatus erit. Salvo si damnū datum fuerit in re non blada-
5 ta personaliter, vel cum animalib. poena, sive bannum non possit excedere quantitatem decem libra-
rum Ravenn. quotcumque fuerint animalia damnū dantia non obstantꝰ aliquo capitulo supra,
vel infra posito.

De poena animalium damnū dantium in re alterius, et dictꝰ modo probandi. Rub. 4.

6 Firmamus statuentes, quod si boves alicuius, asinus, vel somaria, pecudes, fesenghi, arietes, capra, por-
ci, scrofa, vel dictꝰ his similibus intraverint vineam, ortum, clausuram, bladum, linum, legumen, silvam
vel aliam rem alicuius, puniatur illꝰ, cuius sunt dicta animalia, vel promptor eorum, vel alterius eorum,
si fuerit dictꝰ die, pro qualibet bove 20 solid. ravennat. pro qualibet asino X sol. Ravenn. pro
qualibet pecudo, et arietꝰ, vel fesengho duos solid. Ravenn. pro qualibet porco, vel capra decem
7 solidos Ravenn. Si vero fuerit dictꝰ noctꝰ solvat poenam duplam. Et eo ipso, quod inventa fuerint
dicta animalia, vel similia, vel aliquod eorum in reb. predictis, vel aliqua earum, praesumantur damnum de-
disse in re predicta, et domino ipsius. Et illꝰ, vel illi, quorum sunt dicta animalia condemnentur per
8 Potestatem in banno supradicto. et emendatione damni patienti. Et liceat domino rei vel eius
servienti, capanario, vel laboratori, vel filio, vel nuncio eius in re, in qua inventa fuerint ani-
9 malia aliqua, ipsa inventa sua auctoritatꝰ accolligere, et quo voluerit ducere. Et credatur
10 suo sacramento dictꝰ accollectionꝰ dictorum animalium, si negetur in re sua accollecta fuissꝰ. Et si ali-
quis abstulerit dicto eidem accollectori dicta animalia sic inventa, et accollecta condemnetur per Potesta-
tem in centum solidos Raven. Et nihilominus solvere teneatur Communi pro unoquoque ani-
mali poena supra ordinata, et emendet damnū in duplum patienti. Et ad probandum predicta suffici-
11 at modus infrascriptus. Et si dominus animalium, vel ille ad quem pertinuerint dicta animalia con-
tumax steterit per duos dies, quod non receperit ea, bene, et starꝰ debeant ad omnem eius
ripicum

1 risicum, et fortunā. Et pro pastura dictorum animalium sic accollectorum habeat accollector, et habere debeat ab illo, cuius sunt animalia, pro qualibet die, qua tenuerit ea, infrascriptam quantitatem, videlicet pro quolibet asino octo den., pro quolibet porco, et scrofa den. sex, de capris, arietibus, pecudibus, vel fiesenghis denarios quatuor, ~~pro quo~~ de quolibet bove den. sex, et banna
2 superius ordinata solvere teneatur; et damnum in duplum emendare patienti. Et accollector animalium ea reassignare nō cogatur, donec fuerit integre satisfactus de expensis, et damno
3 p(re)to. Et accollector animalium ea die, vel sequenti, qua accollegerit animalia sic debeat coram Iudice, vel notario Potestatis, et dicere, et denunciare d(ic)ta animalia accollegisse, declarando tempus accollectionis, et rem, in qua fuerint accollecta ad hoc, ut d(ic)ta animalia non stent suo pe-
4 riculo. Addimus ad declarationē praedictorum quod si animalia supradicta fuerint inventa in re alicuius, nō praesumantur damnum dare, nisi inventa fuerint in vinea, horto, terra bladata, silva cedua, vel guardata, vel clausura undiq(ue) clausa muro vel saepe: de alijs vero rebus requiratur probatio secundum formā statutorum. Hoc addito, quod quilibet de comitatu Eugubij
5 habens canem teneatur, et debeat de mense Augusti, 7bris, et 8bris de die, et de nocte tenere ipsum ligatum. Et qui contrafecerit condemnetur per Potestatem in 40 solidis ravenn. Et qui-
6 libet possit accusare, et denunciare contrafacientes, et habeat medietatem banni. Et ad probandum p(raedic)ta stetur sacramento accusantis vineas habentis in villa, ubi habitat tenens canem.

Quod credatur accusatori post condemnationē si petierit damnum emendari usque in decem. ——— Rub. 5

7 Statuimus, et ordinamus, quod si post condemnationē factā de aliquo occasione alicuius damni dati, petitum fuerit ab illo, cui damnum emendari deberet, ipsum damnum sibi emendari debeat. et credatur ei usq(ue) in quantitatem decem solidorum ravenn., primo praestito iuramento, quod damnum sit tantae quantitatis, et valoris. Et hoc habeat locum in finibus tantum.

Quod si ille, cuius animalia accollecta fuerint, probaret alibi fore accollecta, sit immunis a poena. ——— Rub. 6

8 Ordinamus statuentes, quod si aliquis accusaverit aliquem de ablatione ~~de ablatione~~ animalium, et accusatus probaverit per duos testes d(ictu)m accusatorē, vel denunciatorē, vel accollectorē d(ic)ta animalia accollegisse in alio loco, quam accollector dixerit, d(ictu)s accusatus sit immunis a poena.

Et

De poena pullorum damnum dantium in re alterius. Rub. 7

1 Prouidimus, quod si pulli alicuius dederint damnum alieni modo aliquo illi, cuius pulli erunt, con-
demnetur pro quolibet pullo, et qualibet vice in duobus sol. rauen. et emendet damnum patienti.

Modus probationis super damnis datis. Rub. 8.

2 Ad probandum omnia supradicta de damno dato cum animalibus super capitulo, quod incipit, Firmamus
statuentes, quod si bouis alicuius, asinus & Statuimus, quod in ablatione animalium sufficiat proba-
3 unius testis cum iuramento accusantis. Et in damnis datis cum animalibus usque ad quantitatem q
sol. simili probatio sufficiat, et locum habeat tantum in continuis habitatoribus Ciuitatis Eugubij, et eorum fami-
4 liaribus, et seruientibus contra comitatenses. In alijs vero damnis, de quibus exiret poena 40 sol. si
plena probatio. Et hoc locum habeat in quolibet accusato. In qualibet vero accusatione fienda p
comitatenses de damno dato duorum testium probatio requiratur. Et talem accusatum Potestas debea
5 condemnare. Hoc addito, quod nulla persona possit a Potestate, vel aliquo Officiali Communis Eugubij
de damno dato pro una accusa probatione unius testis, et sacramento accusantis ultra 40 sol. rauen.
condemnari, etsi plures personae accusatae essent in una accusa de pluribus damnis.

Quod puniatur tamquam falsarius ille, qui petierit sibi damnum emendari,
si probaretur, quod ipse eum dederit. Rub. 9.

6 Firmamus statuentes, quod si probatum fuerit per famam cum indicijs, et adminiculis euidentibus, et sufficienti-
vel alias legitime, quod ille, qui petierit sibi damnum emendari, per se dictum damnum fuisse illatum, vel f
ctum, puniatur tamquam falsarius. Et de hoc habeat Potestas, et Capitaneus arbitrium inquirendi, et p
7 inquisitionem inueniendi, et alio modo, ut viderit expedire. Si vero non sit de iurisdictione Communis E-
gubij qui dictum damnum fecerit, et probatum fuerit, saltem in duplum damnum debeat emendare. Et de
hoc Officialis possit inquirere, et condemnare.

Quod nullus vadat ad pasturandum intra confinia plani nisi certis temporibus. Rub. X.

8 Dicimus statuentes, quod nemo a flumine Loreti usque ad S.tae Mariae de Assolo vadat ad pas-
turandum cum pecudibus, vel capris de mense Aprilis usque ad mensem 7bris versus planum contra formam
statutorum loquentium de damno dato. Et si quis contrafecerit condemnetur in duobus sol. pro qualib
bestia, et qualibet vice.

De poena intrantis vineam, vel hortum. Rub. XI.a

9 Volumus statuentes, quod si quis intrauerit vineam alicuius, siue ortum sine domini, vel laboratoris licentia a

Kalendis

1 Kalendis Martij usq. ad Kalendas Nouembris, si fuerit de die soluat nomine poenæ Communi
quatuor libras rauen. Si uero fuerit de nocte decem libras rauen. et emendet damnum pati-
2 enti in duplum. In alijs mensibus contrafaciens in dimidia poena condemnetur. Si uero uuas, uel
paraturam abstulerit, si de die soluat poenam decem libras rauen. si de nocte duplam poenam
soluat. et idem dicimus de damnum dantibus in ortis, et pergulis existentibus infra muros Ciuitatis
Eugubij, et oliuetis ubicumq. essent, quæ statuta faciat banniri publice per Ciuitatem.

Quod licitum sit cuilibet uicino intrare rem uicini pro sepibus aptandis, et alijs ——— Rub. 12

3 Statuimus, quod liceat cuilibet uicino ortum, uel uineam, uel clausuram uicini intrare sine ali-
qua poena; scilicet causa reaptandi sepes, uel murum rei suæ, et causa recolligendi fru-
ctus arborum suæ rei cadentes in rem uicini, dummodo non det damnum in re uicini, quod si dede-
4 rit emendare debeat passo in duplum. Et nullus recolligat fructus arborum uicini sui in sua
terra cadentes, et qui contrafecerit, in duplum emendare teneatur.

De poena laboratorum uinearum uendentium uuas. Rub. 13

5 Ordinamus, quod nullus laborator alterius, nec aliquis de sua familia uendat, nec uendi fa-
ciat, uel donet alicui uuas, uel alios fructus uineæ, quam habuerit ad laborerium. Et qui con-
6 trafecerit in 40 sol. rauen. condemnetur. Ad quæ probanda sufficiat sacramentum domini
accusatoris de credulitate cum uno teste bonæ famæ. Quæ probatio locum habeat in continu-
is habitantibus in Ciuitate Eug. et eorum familijs: In alijs uero iuris probationes fiant. Et dominus possit
accusare possit filius, seruiens, et procurator.

De poena dantis damnum in sepali ——— Rub. 14

7 Statuimus, quod nulla persona debeat aliquod damnum dare personaliter, uel cum animalibus
8 in sepali alicuius ad poenam in statutis de damno dato contentam. Et possint prædicta probari
per unum testem cum sacramento accusatoris.

De poena supprendentium de rebus alterius ultra terminos, et foditionem
fossati ——— Rub. 15

9 Ordinamus statuentes, quod si quis supprenderit de rebus alicuius, uel occupauerit ultra terminos,
uel confines, uel fossatum fecerit, soluat pro banno, si res occupata, uel supprensa fuerit ualoris
20 sol. rauen. et ab inde infra, 40 sol. rauen. et abinde supra condemnetur in centum sol.
rauennatum

1 rauen. Et qd nullus debeat scarcare fossatum commune sine sui vicini requisitione banno 2
2 sol. Et si vicinus requisitus noluerit fodere cum eo ipsum fossatum, possit postea requisitor fode-
re sine poena infra quintam diem post requisitionem praed. infra sua, et vicini.

De poena euntis per terrenum alterius invito dño. Rub. 16.

3 Providimus, qd si quis iverit per terrenum alterius invito dño, vel alterius terreno usus fuerit, vel
licet eundo, vel pasturando, vel alia quacumque occasione, vel praed. intranti, vel sic eunti n-
lum ius acquiratur in d.a re, neque praeiudicium generetur domino rei, nec ipsa re ipso dño invi-
4 to possit aliquis. Et qui contrafecerit in 20 sol. rauen. condemnetur vice qualibet. Medietas e-
5 ius banni sit Communis, et alia accusantis. Et intelligatur invito dño, si in rem intraverit, vel
6 usus fuerit quocumque modo sine sui licentia speciali. Hoc addito, qd si quis accusaverit aliquem
in eadem accusa de introitu, et de damno dato, non possit condemnari nisi de damno dato
si damnum probatum fuerit. Sed si damnum non probabitur, et probetur introitus
possit condemnari de introitu.

Quod habentes possessiones, ad quas ire non possent per vias publicas,
ire possint per terras vicinorum. Rub. 17

7 Volumus statuentes, qd habentes possessiones, ad quas ire, et redire non possent per vias publicas, vel vici-
nales, ire, et redire possint sine poena per terras vicinorum, unde possint ire commode, dummodo va-
dant per locum minus damnosum.

De poena euntis per semitam, vel redenam Rub. 18

8 Firmamus, quod nullus vadat equester vel pedes per semitam, vel redenam alicuius, si habet viam publi-
cam vel vicinalem; et qui contrafecerit puniatur ut in capitulo de damno dato continetur. Liceat t-
cuilibet claudere semitam, vel redenam, et clausam tenere, si est ibi via publica, vel vicinalis, per
quam possit ire, et redire sine poena, capitulo aliquo non obstante.

Quod possit renunciari accusis damnorum datorum, et de aliis infrascriptis. Rub. 19

9 Statuimus, qd quicumque accusaverit aliquem de damno dato, incisione arborum, vitium, et pergularu-
vel turbatione possessionis, vel introitu alicuius rei immobilis, et deviatione aquae, et suppres-
sione ultra terminos, et confines, et semitas, et fossione, seu cavatione fossati, et de occupatione via
vicinalis, et de negligentia gualdariorum, et de his, quae continentur in denunciis factis per eos, pos-
renunciari usque ad sententiam quandocumque per accusatorem, vel per damnum passum, sive illum, de cuiu-
re fuerit facta accusatio, dummodo solvat accusatus denarios duodecim pro libra eius, in quo con-
demnari

1 condemnari deberet, et eius, quod in accusa continetur. Et facta solutione, et renunciatione pred.
d. accusatus nõ possit, neq. debeat modo aliquo condemnari. Et si contra pñtem formã fieret, nõ ua-
2 leat ullo modo, dummodo d.s caporsledũ non possit excedere quantitatẽ decẽ sol. rauen., quantũ-
cumq. essent plures accusati, et res in una accusat.ne Et nõ possit cogi ad soluendũ nisi decẽ sol. rav.

De electionẽ gualdariorum, et ipsorum officio ——— Rub. 20.

3 Statuimus, et ordinamus, quod in quolibet castro, et uilla comitatus Eugubij debeant esse duo gualdarij,
2 qui eligantur per hominẽs dictorum castrorum, et uillarũ. Qui gualdarij teneantur, et debeant custo-
dire, et guardare omnes res, et bona, sitas, et sita in eorum uillis, castris, et pertinentijs ipsorum, perti-
3 nentia ciuibus, et districtualibus Ciuitatis Eug. Teneantur, et debeant denunciare corã D. Potesta-
te Ciuitatis Eugubij, et eius curia infra quintũ diem a die damni dati damnũ dantes, et dños ani-
4 malium damnũ dantium. Et ipsorum denuncia, et relationes habeantur pro plena, et sufficienti pro-
bationẽ. Et ex ea damnũ inferens, uel dñus animaliũ condemnetur in poena in statutis contentam,
scilicet si damnũ passus iurauerit, uera esse contenta in denunciatione gualdariorum. Dummodo aliquis
nõ possit condemnari ex una denunciationẽ gualdariorum ultra centũ sol. rauen. sine alia probationẽ
5 legitima. Et si d. gualdarij nõ denunciauerint damnũ dantes, et dños animaliũ damnũ dantium
infra d.m terminũ, puniantur, et condemnentur d. gualdarij pro quolibet casu in 40 sol. rauen., et in
6 emendationẽ damni dati. De quo damno, et emendatione ipsius damni dati credatur sacramẽto
dñi rei, in qua damnũ datũ esset, usq. in quantitatem 20 sol. rauen. post condemnationẽ factam.
7 Quos gualdarios Potestas Ciuitatis pñta faciat fieri, et eligi per hominẽs uillarum, et castrorum Comitatus
8 Eug. primo mense sui regiminis. quorum officiũ duret per unũ annum, et nõ ultra. Saluo quod si
gualdarij successores electi nõ fuerint ante finem d. anni, gualdarij ueteres teneantur eorum officiũ
9 exercere ultra annũ per 15 dies, si ante d.os 15 dies nõ habuerint successores. Quos gualdarios Po-
testas, qui pro tempore fuerit, eligi faciat, et iurare infra 15 dies pdos, uel ante sub poena 25 li-
10 brarum rauen. Et habeant d. gualdarij pro eorum salario a quolibet fumante sua uilla, siue castri
11 12 den. rauen. Et quicumq. fuerit gualdarius uno anno, nõ possit esse in eodem officio deinde
12 ad duos annos. Hoc addito, quod post finitũ eorum officium d. gualdarij nõ cogantur ad officiũ pred.um
nec ad ipsum eligi possit, nisi prius alij fumantes de d. uilla ad d. officiũ habiles, ipsum officium
exercuerint, ita quod quilibet d.m officiũ exerceat suo anno. Et Potestas procedat contra d.os gualda-
rios nõ denunciantes d.a damna, et eos condemnet in pena pñta ad petitionẽ petentis. Hoc addi-
to

1 to, quod si dicti gualdarij post dictum terminum quinque dierum denunciauerint, nihilominus ualeat denuncia-
2 tio, et condemnentur ex ea denunciati: saluo quod castrum Pergula, castrum Serra S. Abundij, castrum Cantia-
ni, Collis staciarij, castrum Vallisingenij, et castrum   non teneantur ad predicta facienda, et gualdarios
3 eligendos. Et si dicti gualdarij negarent, rem, in qua damnum diceretur esse datum, esse in eorum uillis, et
castris, et eorum pertinentijs, praesumatur esse, et fuisse tempore damni dati in eorum uillis, castris, et pertinen-
4 tijs, si dicti gualdarij non probauerint, dictam rem esse in alia uilla, uel castro, seu eorum pertinentijs. Hoc addi-
to, quod omnes habitantes in burgis prope muros Ciuitatis Eug. et prope ipsam Ciuitatem, et qui sunt tem-
poribus retroactis soliti soluere datia, et collectas in dicta Ciuitate per tempus 20 annorum, et usque nunc, debe-
5 ant habiri, et tractari tamquam ciues, et pro ciuibus Eugubinis, et debeant gaudere beneficio ciuium. Et si
aliquis, qui habitant in dictis locis, inuentus fuerit de nocte prope ipsam Ciuitatem per unum miliare dare
6 damnum in uineis, uel hortis, condemnetur per Potestatem in decem libr. rauen. Et si aliquis praedi-
ctorum fuerit inuentus de nocte extra suam domum, condemnetur per Potestatem in 40 sol. rauen. Hoc
7 addito huic capitulo quo ad negligentiam gualdariorum, quod ad probandum, quod damnum sit datum, creda-
tur, et pro plena probatione habeatur dictum duorum testium iuratorum, qui dicant, damnum datum esse,
8 licet non dicant per quem datum fuerit dictum damnum. Et quod accusator in accusatione porrecta teneatur,
et debeat iurare, quod dictum damnum per se, uel alium eius mandato, seu scientia datum non est.

Quod habentes arbores praestantes impedimentum uicino debeant remouere. Rub. 21

9 Statuimus, quod quicumque habet arbores in confinibus, seu prope confinia alicuius possessionis alterius, ad petitio-
nem uicini, cuius est dicta possessio, debeat dictas arbores remouere, et in altum eleuare per decem pedes ad qui-
dem perticam. Et si non fecerit, uicinus possit facere sine poena. Et requisitus condemnetur in 20 sol. ra-
uen. medietas quorum sit Communis, et reliqua accusantis.

De poena illorum, qui non reaptauerunt sepem postquam fuerint requisiti. Rub. 22

10 Ordinamus, quod si quis habeat sepem aliquam in confinibus, uel prope confinia alicuius possessionis, debeat
eam ad petitionem uicini aptare, et remouere, ita quod suae possessioni non praestet impedimentum, quod si non
fecerit, possit requirens facere sua auctoritate sine poena. Et condemnetur requisitus in 20 sol. rauen. cu-
ius banni medietas sit Communis et reliqua accusantis.

De poena retinentis capras infra infrascripta confinia, et uillis infrascriptis. Rub. 23

11 Prouidimus statuentes, quod nulla persona debeat retinere aliquam capram in Ciuitate Eug. nec in comitatu
a sex miliaribus uulgaribus uersus Ciuitatem, nec in uillis infrascriptis, uel aliqua ipsarum, 23 in uilla

podij

1 podij filiorum Vgonis, . . . uitis grona, Collis . . . S. Angeli de Auris, Ro-
gna . . . S. Angeli de . . . Collis undana Alfoli. S. Appollinaris, Plebis
Salaioli, S. Laurentij de Cantalupo, Montis Analeli, Vallis . . . Et qui contrafecerit pro qualibet
2 uice et qualibet capra in decem sol. rauen. Communi condemnetur. Et teneantur Sindici uillarum con-
tra facientes denunciare sub dicta poena. Et quilibet possit accusare, et denunciare, et habeat medietatem
banni.

De modo tenendo in damno dato per combustionem, uel incisionem. Rub. 24

3 Volumus statuentes, quod si alicui dictae Ciuitatis, uel districtus Eugubij in libris Communis allibrato, et
Communi datium soluenti damnum datum fuerit per combustionem, uel incisionem, uel alio modo prae-
terquam per furtum, et sciri non poterit dantes damnum . . . quod Potestas, uel Cap. uel populi, qui re-
quisitus fuerit, damnum emendari faciat patienti infra xv dies, postquam . . . petitum fuerit, a proxi-
mioribus uicinis loco, in quo damnum datum fuerit. Quod damnum, si fuerit centum sol. rauen., coniuncti
fumantes emendent secundum quod capit pro rata. Et non possit soluere aliquis eorum ultra tres sol. rau.
Et patiens damnum aestimationem, et ualorem damni legitime probare debeat. Et sindici uillarum debe-
ant requiri, quod coram Potestate, uel Capitaneo et eius Curia comparere debeant ad eorum defensionem faciendam, si
quam uoluerint facere de praedictis. Et praedicti d. Potestas, et Cap. debeant facere, et executioni mandare
sine libello, et . . . omni solemnitate iuris, et exceptione remota, et de plano sine strepitu, et fi-
gura iudicij, diebus feriatis non obstantibus, . . . fiant extimatores ad aestimandum dictum damnum. Ad quae
emendanda casenghi ciuium non comprehendantur, et non habentes bona immobilia minime teneantur. Sindi-
ci uero uillarum probato damno teneantur exigere quantitatem suae uillae contingentem, prout eis,
et cuilibet eorum contingerit de aestimatione dicti damni, sicut faciunt de datio Communis. Et patienti
damnum secundum aestimationem factam teneantur integraliter emendare. Liceat tamen ipsis Sindicis duce-
re baiulos Curiae Eug. et Communes uillae pignorari facere pro ipso damno, et ipsa pignora penes ipsos
Sindicos, et non alium esse debeant. Et nihil accipiant ab illis, quos pignorauerint, pro pignore
accipiendo. Hoc addito, quod si damnum dantes essent exbanniti, uel condemnati Communis Eug.
tempore dati damni, et nomina ipsorum sciretur, et quod ipsi dederint dictum damnum, quod nihilominus
dictum damnum emendari debeat patienti per proximiores consanguineos damnum dantium, et per illos, seu illum,
qui illos damnum dantes receptarent, uel darent auxilium, consilium, uel fauorem palam, uel
secrete.

De

De quibusdam obseruan. per laboratores possessionum, et terrarum, et domorum conductarum ad pensionem ——— Rub. 25

1 Statuimus, et ordinamus, qd quicumq habet, uel habuerit possessiones, et terras ad laborerium ab aliqua persona non trahat, nec battat bladum ipsarum terrarum sine licentia locatoris, uel eo irrequisito. Et si laborator fuerit requisitus a locatore, qd debeat bladum, qd habet cum eo trahere, uel battere, ipse laborator infra octo dies post requisitionem sibi factam d. bladum extrahere, et battere debeat, sicut placuerit locatori. Si autem laborator distulerit metere, trahere, uel battere d. bladum post requisitionem sibi factam a locatore, possit locatori liberum d. bladum trahere, et battere sine poena. Et si laborator contra predicta, uel aliquid predictorum fecerit, uel uenerit condemnetur communi in decem sol. den., medietas cuius banni sit communis, et alia accusantis, et emendet omne damnum, qd locator substinuerit d. occasione. Et credatur de damno iuramento locatoris praestito. Et haec omnia praedicta intelligantur etiam de uineis, quam de terris. Teneantur et laboratores, si locatori placuerit, bladum predictum diuidere ad couum ad couum in campo in quo steterit, et dare lectam locatori apprehendendam partem quam uoluerit. Et teneatur laborator seminare in terra bladum, quod placuerit locatori, et non aliud. Teneatur et laborator metere, et battere bladum terrarum, quas habuit ad laborerium ante suum proprium. Et si non fecerit, soluat d. bannum, et emendet locatori damnum, et interesse, qua substinuerit d. de causa. Et debeat, et teneatur ipse laborator finito tempore laborerij possessionem rei, quam ad laborerium conduxerit, reassignare eidem locatori, et eam libere reddere. Et idem dicimus de domibus, quae dantur ad   Et qui contra fecerit, condemnetur in 25 libr. den. Teneantur et laboratores, et ipsorum haeredes seruare omnia pacta, et conuentiones in instrumentis locationis   eorundem locatore, et laboratore poenas in instrumentis contentas. Si uero locator rem locatam uendiderit in totum, uel in partem, teneatur laborator de ipsa re respondere emptori, si uenditor non reseruauerit, et si reseruauerit, pro eo tempore quo reseruauerit, teneatur respondere locatori. Si autem uenditor nihil sibi reseruauerit in uenditione teneatur laborator respondere de re uendita emptori. Et locator non possit aliquid petere laboratori, nec ipsum laboratorem locator, uel alius pro eo molestare debeat, uel possit ullo modo occasione praedicta. Et quicumq laborator negauerit, non sibi locatam fuisse rem, et fuerit conuictus, puniatur tamquam falsarius per Potestatem. Et si locator uendiderit, donauerit, permutauerit, in dotem concesserit, dederit ad extimum, uel quocumq modo alienauerit, uel in alium transtulerit alicui rem locatam, semper intelligatur autem praesentis statuti, iura laboratoris, siue conductoris esse reseruata, sicut dictum fuit

1 uit in instis suis non. Et idem dicimus in locationibus domorum. Et si laborator uendiderit sibi rem lo=
catam, seu alienauerit, priuauit, uel priuauerit locatorem possessionis rei conductae in centum libr. rauen.
2 condemnetur Communi, et domino, seu locatori emendet damnum, et interesse restituat. Et quantumcumque
tempus conductor, tenutae casengiis, uel laborator habuerit terras, et possessiones tenuerit, non praescribat
3 locatori, quin ad omnia praedicta inuiolabiliter teneatur. Hoc addito, quod quicumque conduxerit, uel ad
laboritium acceperit aliquam domum, uel possessionem, non possit ipsam domum, uel possessionem alicui locare,
uel ad laboritium dare in totum, uel in partem sine licentia primi locatoris. Et si contrafecerit locatio
per ipsum facta non ualeat, et nihilominus per Potestatem condemnetur in 40 sol. rauen.

Quod locator non possit petere laboratori rendutam nisi de aetate proxima praeterita. Rub. 26

4 Ordinamus, quod non liceat locatori alicui petere, uel peti facere laboratori suo rendutam nisi de aetate proxima elapsa, et si petierit non audiatur.

Quod quicumque habet terram, uel uineam iuxta uineam alterius claudat eam. Rub. 27

5 Firmamus statuentes, quod quicumque habet terram, uel uineam iuxta uineam possitam claudi cum uinea alicuius coniuncta, et quae claudi conuenerit, teneatur, et debeat ipsam claudi facere, ita quod uicinus dicta occasione dispendium non patiatur. Et qui contrafecerit puniatur per Potestatem in centum sol. rauen. Et hoc non praeiudicet habentibus possessiones iuxta flumen.

Deo gratias

Decretū inuentionū dē parte tangentē officiali repertū in libro ser Matthaei dē Luchinis de Vrbino pagina 84.

Guidantonius Montisferetrij Vrbini, Durantisq; Comes &c. Quia nec iuri consonū, aequitati neq; duximus condignū, qđ officiales n̄ra Ciuitatis Eug. ex inuentionibus, aut damnorū datorū, aut extraordinariorū, uel aliter quomodocumq; aut qualitercumq; fieri contingat, aut ex actionibus quibuscumq; partem aliquā, uel salariū percipiant, nisi duntaxat ex eo, qđ deuenerit, et deuenire fecerint realiter, et manualiter in Communi. Quod quidem omnibus alijs n̄ris Ciuitatibus, atq; terris obseruatur. Volentes itaq; huic rei prouidere, ne nostri officiales aliquod officium in eadem Ciuitate exercentes de caetero aliquid extorquere possint indebite, et praeter n̄ram intentionem, et uoluntatem, huius n̄ri p̄ntis decreti serie ipsorū officialium ambitionem compescere cupientes decernendo duximus statuendum, Quod omnes, et singuli officiales dē n̄ra Ciuit. cuiuscumq; gradus, et conditionis existant in futurū non possint, uel ualeant, seu quoquomodo audeant, uel praesumant accipere ab aliquo, uel habere ex aliqua inuentione extraordinaria, aut damnorū datorum, aut alterius excessus, uel delicti, nisi duntaxat quartā partem de eo, qđ realiter, et manualiter deuenerit, et deuenire fecerint in Communi. Decernentes, et uolentes, qđ gratiae in futurum p nos fiendae comprehendant, et pro rata sortiantur effectū tam pro parte officialis, quam pro parte Communis &c. Praecipientes, et mandantes hoc n̄rum decretū ab omnibus officialibus praedl. inuiolabiliter obseruari ad poenam dupli partis tangentis officiali ~~pro~~ praeter formā huius decreti aliquid acciperent.

Infrascripta sunt quædam ordinamenta super damnis datis, quæ reperiuntur in tertio libro ser Petri de Bibena olim cancellarij Communis Eug. fol. 85.

In Dei nomine amen. Anno Domini 1401, Indictione nona tempore Bonifacij Papæ IX, die 18 mensis Septembris.

Convenientes in unum Domini Confalonerius iustitiæ, et Consules Populi Civitatis Eug. in capella Palatij Populi supradicti considerantes ad quamplurimas querelas coram eis sæpissime expositas per plures, ac plures Cives, et comitatinos Civitatis prædictæ, quod officiales damnorum datorum dictæ Civitatis quotidie vexant eosdem in faciendo   et inventiones pro damnis datis extra terminos consuetos. Et volentes predicti Domini in prædictis salubriter providere, agentes omnia, et singula infrascripta de voluntate, et consensu nobilis viri Matthæi de Monfalcone locumtenentis magnifici D. Comitis Antonij Montisferetrij omni modo, via, iure, et forma, quibus melius potuerunt unanimiter, et concordi-
1 ter deliberaverunt, ordinaverunt, et reformaverunt, quod officiales damnorum datorum dictæ Civitatis non possint deinceps, nec audeant, vel præsumant ullo modo scrutari, seu   facere pro damnis datis nisi ab infrascriptis terminis, et confinibus citra versus Civitatem videlicet a flumine Sabunclæ citra, a flumine S. Marci citra, et a flumine S. Donati citra, sub poena librarum decem ravennatum pro vice qualibet,   contrafecerint in predictis applicandam Cameræ Communis ipso facto. Et quod inventio facta per eos extra dicta confinia, et processus, ac omnes actus inde secuti non valeant, nec teneant, sed sint ipso iure nulli, et nullam mereantur executionem.

2 Insuper ordinaverunt, et reformaverunt predicti Domini Confalonerius, et Consules simili modo, et forma incontinenti post prædicta quod supradicti officiales non possint, nec audeant ullo modo inquietare, vel procedere contra aliquas personas damnum dantes cum bestijs in scopolis, vel   vel sodis positis infra dicta confinia sine voluntate domini possessoris, nisi per viam accusationis, vel denunciationis sub poena superius declarata. Et quicquid in contrarium fieret, sit ipso iure nullum, et nullius efficaciæ, vel valoris.

3 Item ordinaverunt, et reformaverunt predicti Domini Confalonerius, et Consules simili modo, et forma incontinenti post prædicta quod tam Potestas dictæ Civitatis, et Eug. Curiæ, et etiam alij officiales futuri Civitatis predictæ deinceps teneantur, et debeant procedere ordinarie contra damnum dantes secundum formam statutorum, et ordinamentorum dictæ Civitatis, videlicet formare processum, mittere cedulas, et ordinarie sequi usque ad sententiam condemnatoriam

damnatoriam, uel absolutoriam, prout proceditur in maleficijs. Et hoc nō uoluerunt intelligi, nec locum habere in inuentionib; damnor; dator; facti, uel fiendi per officiales antedictor, in quibus sequi uoluerunt . . . . . et ordo hactenus obseruati.

In Dei nomin. amen. Confalonerius, et Consules Communis, et Populi Ciuitatis Eug. attendētes quot, et quantas reclamationes, et querelas de damnis illatis in prædijs rusticis Comitatus Eugubij acceperint propter impunitatem damna dantium; quor; audacia est adeo aucta, qđ diu, noctuq; ab eor; malignitate nō desistunt, imo potius . . . . . in ea. Et quamq; ad expiandā poenā in huiusmodi damnis lex municipalis Eugubij duor; contestium dicta requirat, tn̄ ex hoc uidetur quodammodo dari facultas inferendi damna tū propter multor; ausū temerarium, cum ēt ꝑ modum, et difficultatē probandi. Unde uolentes prædi. obuiare, et huic noxæ salubriter prouidere, ne dantes damna eor; letentur impunitate, et ipsor; mala compescat auiditas, uisa primo quadā lr̄a Ill.mi D. Comitis Guidantonij eis transmissa, cuius tenor talis est, uidelicet.

Egregij . . . . dilecti nr̄i. Noi hauemo inteso, come e stato ragionato tra noi de fare certo ordine, e reformatione sopra el fatto de li danni, quali se danno, e de quali molti nō se ponno punire ꝑ mancamento de testimoni uolendo seguire quanto dice lo statuto de li: acciochè li d. danni nō passino impuniti, che bastasse un testimonio, quale prouasse de uisu. Per tanto semo contento, e uolemo intorno ciò prouediate come pare a uoi, e quello ꝑ uoi Conf.ro e Consoli intorno ciò sera fatto, ò ꝑ la maggior parte de uoi Consoli, uolemo sia ualido, et che se habbia rato, e firmo, et obseruisse inuiolabilmente. E cosi comandiamo a uoi Vicegouernatore, e uostri successori, et officiali, a li quali aparterrà, debbano fare obseruare inuiolabilm.te Dat; Urbini die xuj mensis Augusti 1439

Guidantonius de Monteferetro Urbini, et Durantis Com. &c.

a tergo Egregijs dilectis nr̄is Vicegouernatori, Conf.ro et Consulib; nr̄æ Ciuitatis Eug.

Quamquidem lr̄am p.ti mag.ci Dn̄i benigniter, et gratiose receperunt, et legi fecerunt ꝑ me Matthæū Cancel. et decreuerunt eamdem executioni demandare. Unde uisa d. lr̄a, uiso statuto loquente de damnis dat. et forma data ad probandū ea, et omnib; alijs consideratis, et decenter, et mature pensatis, quæ pensanda fuerunt in prædictis. Statuerunt, et firmauerunt, qđ damna dantes personaliter, seu dn̄i animalium damnū dantiū, possessores, guardiani, seu custodes eor; condemnari possint in poenis in statuto contentis de damnis datis ꝑ ipsos, uel eor; animalia, si probatū fuerit ꝑ unū testem omni exceptione maiorē deponentē de uisu, aliquem, seu aliquos damnū dare, uel animalia damnū dantia, seu uidisse aliquos, seu animalia in loco, in quo damnū datū diceretur. quia quidem probatio unius testis sic deponentis habeatur, et haberi debeat pro plena probatione, nō obstantib; aliquib; statutis, reformationib; et decretis in contrarium loquentib;

quam

quam quidem reformationem perpetuo valituram tam ad damna data in praeteritum, quam et in futurum locum haberi voluerunt, et mandauerunt, ne domini suarum rerum, possessores, seu coloni rerum eorum aliorum malignitatibus defraudentur. In Palatio dictorum Dominorum Confalonerij, et Consulum, et in eorum solita residentia. 1437 die 16 mensis Augusti.

In nomine Domini amen. anno Domini 1432 Indictione X, tempore Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Gregorij Papae Quarti, die 24 mensis Augusti.

1 Praefati magnifici Domini Confalonerius iustitiae, et Consules populi Ciuitatis Eug. insimul congregati et coadunati numero sufficienti in Capella Palatij Communis, et populi Ciuitatis Eug. volentes prouidere scandalis, quae occasione oriri possunt, et per multas querelas, et lamentationes, quas, et quot habuerunt a pluribus, et diuersis personis occasione infrascripta, omnibus modis, via, iure, et forma, quibus melius, et validius potuerunt per multa, et infinita damna, quae continuo dantur, et committuntur in possessionibus Ciuitatis, et comitatus Eug. Ordinauerunt, et statuerunt, Quod officiales gabellarum, officiales custodiae, et omnes, et singuli officiales D. Potestatis Ciuitatis Eug. debeant, et eis liceat inuestigare pro damnum dantibus in Ciuitate, et comitatu Eugubij dantes, et eisdem dederunt licentiam, arbitrium, et liberam potestatem dictos damna dantes corrigere, et punire secundum formam iuris, statutorum, et ordinamentorum dictae Ciuitatis Eugubij.

Die 16 mensis Iunij 1436.

2 Dicti Domini Confalonerius, et Consules matura deliberatione praehabita, et necessitate cogente reformauerunt propter penuriam, et carentiam baiulorum, seu nunciorum dicti Communis, quod officiales damnorum datorum, qui pro tempore erunt, possint loco, et vice baiuli dicti Communis ducere, et eligere unum ex berroarijs Domini Potestatis Eug. qui vadat ad inueniendum damnum dantes, et damna data. Et ipse berroarius sic ducendus habeat illam potestatem, et auctoritatem, et efficaciam, quam habuerunt, et habent dicti baiuli in omnibus, et per omnia, et ita valeant inuentiones, et ita credatur dicto berroario, sicut si adesset ipse baiulus, et sicut ipsi baiulo; cum hoc tamen, quod pignora, quae acceperit ipse berroarius plures, vel unius, ipsa die, qua acceperint, teneantur assignare massario, seu camerario pignorum poena decem librarum de facto exigenda, et teneantur ad emendationem pignorum, si non exhibuerint.

Additio, et correctio statuti positi sub Rub.a 20 de electione gualdariorum, et eorum offitio. Rub. 21

1 Statutum de electione gualdariorum, et eorum offitio corrigentes ordinamus, quod ad probandum, quod damnum sit datum quo ad ne-
gligentiam gualdariorum, credatur, et habeatur pro plena probatione dicto unius testis, qui probet damnum datum esse
licet non dicat per quem, seu aut quod viderit damnum dare cum iuramento accusatoris iurantis, quod damnum
datum est, et quod non est datum per se, aut eius familiam, vel eius mandato, et quod dicti gualdarij fuerint negligentes
post protestationem eis factam, et quod predicta habeantur pro plena probatione quo ad negligentiam gualdariorum.
2 Hoc addito, quod volens accusare gualdarium, seu gualdarios de negligentia teneatur denunciare gualda-
rijs, vel uni ex eis, quod damnum datum est in eo, super qua accusationem instituere voluerit per se, vel alium.
Et quod unus ex gualdarijs, cui facta fuerit denunciatio, possit de damno dato accusare, et eius denunciatio habea-
3 tur, et credatur, ac si ambo gualdarij accusarent. Insuper ordinantes firmamus, quod ad electionem gualda-
riorum debeat procedi per homines castrorum, et villarum Communis Lug. non per fumum, sed capita hominum habitantium
4 in dictis castris, et villis. Et idem ordo servetur in electionibus sindicorum dictorum castrorum, et villarum. Qui sindici, et
gualdarij debeant esse ad minus aetatis 20 annorum, et eligantur per maiorem partem hominum dictorum castrorum
5 et villarum, secundum, quod eis videbitur convenire. Et si fuerint discordes in electionibus predictis quod Potestas, et qui-
libet officialis Communis Lug. vinculo iuramenti, et ad poenam centum libr. den. ravenn. teneantur, et de-
6 beant homines dictorum castrorum, et villarum cogere ad predicta de facto ad petitionem cuiuscumque petentis. Et qui
fuerit ad dictum officium sindicatus, vel gualdariae uno anno, non possit eligi, seu vocari ad dictum officium
donec omnes homines dictorum castrorum, et villarum exercuerint dictum officium suo anno, et una vice pro qui-
7 libet. Item statuimus, et ordinamus, quod gualdarij castrorum, et villarum comitatus Lug. teneantur, et de-
beant denunciare coram D. Potestate, et eius curia post protestationem eis factam, vel alteri eorum infra quintam diem
a die protestationis predictae omnia, et singula damna data, et damnum dantes personaliter, vel cum bestijs in
castris, villis, et pertinentijs prout in dictis statutis, et ordinamentis continetur. Teneantur et, et debeant denun-
ciare homines, et personas accipientes, et portantes trabes, ligna enula acatastata, vel non acatastata, et pa-
leas palearis facta primo eis notificatione de predictis secundum modum, et formam superius declaratam: Non dero-
gantes per hoc ordinamentum statuto, quod loquitur de electione sindicorum, et eorum offitio. Et quod D. Confalonerius
iustitiae, et Consules populi Civitatis Lug. qui erunt in dicto officio consulatus de mense Martij, et Aprilis proximi
venturi confinare, et confinari facere omnes villas, et gualdarias Communis Lug. ad poenam centum l.
8 ravenn. pro quolibet, si negligentes fuerint in predictis. Et ad accusandum de damno dato personaliter, vel cum
bestijs, et de negligentia gualdariorum admittatur dominus, possessor, vel detentor ~~eius~~ filius, servus, familiaris
colonus

colonus, laborator, copertimator, prior, tutor, siue tutrix, actor, et curator, et quod accusationem prosequi possint quemadmodum dominus, possessor, uel detentor rei.

1 Item providimus et ordinamus, quod ex una denuncia gualdariorum nullus possit condemnari ultra centum sol. rauennatis, postquam aliqua probatio interuenerit super contentis in denunciatione, siue denuncijs predictis confessus fuerit, aut contumax extiterit. Et quod tot intelligantur denuncie gualdarij, quot erunt persone denunciate in una, et eadem denuncia, aliquo statuto, uel ordinamento in contrarium loquente non obstante.

Additio de poena damnum dantium in catastis lignorum, uel palearibus, uel accipientium, uel portantium trabes ———— Rub. 28

2 Item providerunt, et ordinauerunt, quod si quis acceperit, abstulerit, uel exportauerit trabes, ligna euulsa, et incisa accatasta, uel paleas alicuius palearis de re aliorum, uel de re, quam aliquis teneret, uel possideret contra voluntatem domini, possessoris, uel detentoris condemnetur pro qualibet uice in centum

3 sol. denariorum rauennatis, et in emendam damni in duplum patienti. Et stetur, et credatur de acceptione, ablatione, et exportatione rerum predictarum uel alicuius earum iuramento accusatoris cum uno teste de uisu,

4 uel tribus testibus de fama. De extimatione damni credatur iuramento accusatoris usque in quantitatem 20 sol. et habeatur pro plena probatione inspecta tamen conditione accusatoris.

De poena damnum dantis in hortis, uel uineis certis temporibus. Rub. 19

5 Item providerunt, quod si quis intrauerit hortum, uel uineam alicuius sine domini possessoris, detentoris, coptis uel copertimatoris licentia a Kal. Martij usque ad Kalendas 9bris, si fuerit de die condemnetur uice qualibet in centum sol. denariorum rauennatis si uero fuerit de nocte in poena dupli Communis Lug. et in emendatione damni in duplum patienti condemnetur, in alijs uero mensibus contrafacientes poenam dimi-

6 diam soluere compellantur. Si uero uuas [illegible] caulos, et similia abstulerit, si fuerit de die in centum sol. rauennatis condemnetur, si uero de nocte poenam duplam persoluat, et damnum in duplum patienti emendet, et si dictam condemnationem non soluerit infra decem dies a die late sententie computandos, fustigetur per stratas regales Ciuitatis Lug. cum uuis, et alijs rebus per ipsum ablatis de nocte

7 ad ipsius collum appensis. Et idem intelligatur de pergulis, et pergulatis tam in Ciuitate, quam in

8 comitatu Lug. positis. Et si animalia, uel bestie intrauerint, uel damnum dederint in aliqua rerum predictarum a dictis Kal. Martij usque ad Kal. 9bris, condemnetur ipsorum animalium et bestiarum dominus, uel detentor pro quolibet boue, asina, equa uel equo in sol. centum denariorum rauennatis, pro quolibet alio animali,

uel

uel bestia, et qualibet uice in sol. 40 rauen., et in emendatione damni in duplum patienti.

Additio, et correctio statuti de poena retinentis capras ——— Rub. 20.

1 Statutum, quod loquitur de poena retinentium capras corrigentes statuimus, et ordinamus, quod a flumine Soreti trahendo a summitate montis infra uersus Ciuitatem Lug. per planitiem, et penditas montis uersus planitiem usque ad flumen padulis, et usque ad flumen Sabundae prout d. flumen protendit, et uadit, et a d. Sabunda infra uersus Ciuit. Lug. exclusa paroc. uilla plani S. Donati uersus Ecclesiam S. Rosmi usque ad molendinum Santis. Nullus possit, nec debeat infra d. confines, et quemlibet eorum retinere aliquam capram ad poenam in d. statuto contentam, excepto burgo S. Angeli de monte S. in quo capras possint impune a quolibet retineri, d. statuto in alijs omnibus, nisi quo ad d. poenam et denunciationem sindici, et custodis secreti, per omnia derogantes.

De poena tenentis canem certis temporibus ——— Rub. 21

2 Item prouiderunt, et ordinauerunt, quod omnes, et singulae personae habentes, uel tenentes canem in Ciuitate Luguby, teneantur, et debeant eorum canem tenere ligatum de mense Augusti, Iulij, et Iunij de die, et de 3 nocte, et qui contrafecerit, condemnetur per D. Potestatem in sol. 40 pro qualibet uice, et quolibet contra4 faciente, et quilibet possit accusare, et denunciare: et teneatur, et credatur iuramento accusatoris cum uno teste idoneo, et habeatur pro plena probatione.

De officio officialis plani.

5 Statuentes ordinamus, quod Cap. populi, siue Iudex app. communis Lug. teneantur, et debeant, unum ex officialibus, siue notarijs expertum aetatis ad minus 25 annorum cum uno equo, et duobus famulis deputare ad officium damni dati plani Ciuit. Lug. Qui notarius, siue officialis teneatur, et debeat iuramenti uinculo qualibet die exire Ciuit. Lug. et rimare, et inuestigare pro damnum dantibus personaliter, uel cum bestijs 6 in possessionibus d. plani existentibus infra eos confines, uidelicet a porta burgi usque ad flumen S. Donati, et a strata infra trahendo deorsum prout d. flumen protendit, usque ad flumen Sabundae uersus Ciuitatem Lug. et trahendo ultra prout protendit d. flumen Sabunda, et uersus d. Ciuitatem usque ad flumen S. Mariae prout d. flumen protendit a d. Sabunda infra prout protendit d. flumen S. Mariae usque ad summitatem mon7 tis Bagelatae, et a d. confinibus, et quolibet eorum infra usque ad muros Ciuit. Possit et, et debeat d. officialis de licentia, et scientia d. Cap. uel Iudicis app. eligere de habitantibus infra d. confines custodes secretos, prout uiderit, et cognouerit expedire. Qui custodes teneantur iurare in manibus d. Cap. uel Iudicis pro eorum officium bene, et legaliter facere. Qui custodes secreti habeant referre coram eo per iuramentum omnia damna data in

1 in possessionibus positis, et situatis infra d.tos confines personaliter, vel cum bestijs: Et ex d.a relatione, et ex sua in-
ventione possit, et debeat d. Officialis damnum dantes personaliter vel cum bestijs de facto punire, et tollere nomi-
ne poenae infrascriptas poenas v3 Si damnum datum fuerit personaliter in vinea, horto, vel canneto, et clausu-
ris laborari solitis sol. 20 den. rauen. In terreno vero laboratiuo vel bladato, seu prato solito segari, et
in muro, vel sepali sol. 20 rauen. Si vero damnum datum fuerit per animalia, possit, teneatur, et debeat
d. notarius, siue Officialis damni dati cogere d.num, vel possessore animalium damnum dantium ad sol-
uendum nomine poenae quantitatem declaratam in statuto damni dati d.ae Ciuit. posito sub Rub. 4. libri
sol. de. d.o poena animalium damnum dantium, quod incipit, Firmamus statuentes, quod si boues alicuius &
2 Declarantes insuper, quod d.no d.torum animalium possit, et sibi liceat, ut euitet poenam d. statuti, animal, quod con-
tigerit damnum dare, patienti damnum dimittere, seu dare pro noxa, et sic poenam euitet, saluo quod
3 hoc non intelligatur in canis. Quas poenas d. Officialis deuenire faciat ad manus Camerarij Communis
Eug. per apodixam scriptam manu d. notarij continentem causam, et qualitatem damni dati, et nomen d.ni, vel
4 possessoris, in qua damnum datum fuerit. Et pred.ti renunciari non possit ullo modo. Et pred.a locum non habeant
contra aliquem, qui sit de familia, vel seruientibus d.ni, possessoris, vel detentoris rei, in qua damnum da-
tum fuerit, et alios, qui de licentia d.ni, possessoris, seu detentoris rei pred.ae ad d.as possessiones accesserint.
5 Et ad probandum, quod sit famulus, vel famula, seu seruiens, vel de familia, stetur, et credatur iuram.to d.torum famu-
6 lorum, et famularum, et seruientium: Et si talis iurans repertus fuerit deierasse, vel periurasse, puniatur per
Potestatem Communis Eug. de periurio in decem libr. den. rauen.; et nihilominus condemnetur per d. Officialem
7 de damno dato sec. formam suprad.am Et praesumatur d. famulus, seu famula, vel seruiens deierasse, si do-
minus rei, vel possessor, in qua damnum datum fuerit, neget d. iurantem fuisse eius famulum, vel famulam,
siue seruientem Qua praesumptio sit sufficiens quantum ad condemnationem pred.orum nisi
8 ipse iurans probauerit, se fuisse famulum, famulam, vel seruientem De licen-
tia vero aliorum repertorum damnum dare, vel damnum dedisse in bonis alicuius persona stetur, et credatur iuram.to
9 d.ni, possessoris, vel detentoris rei, in qua damnum datum fuerit. Possitque, et liceat d. Officiali per sua
inuentione personaliter accedendo ire, et rimari extra confines pred.os pro damnum dantibus personaliter, vel cum bestijs
et repertos culpabiles punire, et condemnare sec. formam superius annotatam, d.no, vel possessore rei, in qua
damnum datum fuerit extra d.tos confines prius requisito: et aliter, vel alio modo extra d.tos confines de damno
10 dato se intromittere aliter non valeat ullo modo. Possit tamen d.nus, vel possessor rei, in qua damnum datum fue-
rit, eligere an uelit stare contentus punitioni d. Officialis, an uelit, quod de damno dato quaeretur, et proce-
datur

dat ad denunciam gualdariorum, seu gualdarij: an vero p accusationē, quam facere voluerit contra d.m da-
1 mnū dantem d.o damno dato ptio: et una uia, seu prot. quarto per aliam tollatur. Et in omnibus, et si-
gulis casibus, in qbus d.o officiali p formā dictorum ordinamentorum est licitum d.o damno dato procedere, et p-
nire, possit, et debeat damnū dantem cogere ad satisfaciend. damnū passo de damno dato secundum
2 formam statutorum, et ordinamentorum d.e Civitatis d.e tale materia loquentium. Addentes qd d.o damno
dato infra d.os confines, d.o officio d. notarij, sive officialis vigentis in Civitate Eugubij, gualdarij villa-
in quibus possessiones infra d.os confines sunt posita, nō cogantur, nec cogi possint p aliquem officialem
Communis Eug. ad denunciandum, seu referend. aliqua damna data infra d.os confines: Nec eis licitū
sit ea denunciare, et si denuncientur, nō valeant ullo modo, non obstantibus aliquibus statutis, vel ordina-
mentis in contrarium loquentibus, quibus per pns ordinamentū volumus fore totaliter derogatum.
Alia vero statuta, et ordinamenta d.i Communis disponentia super damnis datis, seu ipsorum materia
praed.it et infrascriptis nō contraria confirmamus, et approbamus, et obtinere volumus plenam robor.
firmitatem.

De officio, et iurisdictione maioris officialis damnorum datorum.

1 Convenit eos qui damnum in alterius iacturam, sive damnum persona salubri animadversione, et ultione plecti, ne delinquendi audacia crescat; Immo qui a reatu delinquendi non cessant, metu poena cohereantur: Propterea hac constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod in Civitate Lugubij constituatur, annumaturque unus officialis pro nostri electione, qui denominetur maior officialis damnorum datorum. cui concedimus iurisdictionem, et plenam facultatem, et imperium procedendi sive per modum delationis, sive per viam accusationis, sive per viam denunciationis, sive per modum querela, sive alio quovis modo inquirendi, cognoscendi, terminandi, finiendi, puniendi, et exequendi, mulctandi, decernendi, pronunciandi, et reliqua omnia adimplendi, quae ad huiusmodi officium principaliter, vel secundario, sive per incidentia, sive per emergentia dignoscuntur pertinere, et ex mero officio, sive ad partis instantiam de, et super omnibus, et singulis damnis illatis, et quibus quomodocumque, et qualitercumque illatis, et inferendis sive cum persona, sive cum animalibus cuiuscumque generis, et cuiusvis qualitatis, contra quascumque personas, in rebus

2 quibuscumque, ubicumque sitis, sive positis. Qui quidem officialis in assumptione, et introitu sui regiminis iurare teneatur, et iusiurandi religione promittere ad Sancta Dei Evangelia scripturis corporaliter manu tactis solemniter, et in forma in manibus notarij Reformationum, et Cancellarij Communis Lug. coram mag.cis Confalonerio, et Consulibus Civitatis Lug. de bene, et legaliter administrando d.to officium, et d.o observando statuta, et ordinamenta d.ae Civitatis, remotis ab eo omni labe, dolo, fraude, vel corruptione, odio, amore, timore, precio, prece, et qualibet humana gratia. de quo iuramento publicus scriba, et Canc. d.ae Civitatis rogatus esse debeat. de quo rogitu publicum conficiat instrumentum, sive in libris Reformationum in scriptis redigat.

3 Et idem officialis pro suo stipendio consequatur et consequi debeat omnia, et quaecumque emolumenta haberunt sibi statuta ex diffinitione d.ti statutorum de materia loquentium, et nihil aliud consequi valeat, sive possit directe, vel indirecte, quovis alio quaesito colore sub poena, et ad poenam privationis salarij, et ab officio ipso facto incurrendi, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

De

De modo inquirendi per officialem maiorem.

1 Statuimus, et p̄nti decreto firmamus, q̄d officialis p̄tus procedere possit, et valeat ex suo mero off.o inquirendo, et p̄ modum, et viam inquisitionis de omnib., et singulis damnis, et vastis illatis, seu inferendis ad eius aures pervenientis sive ex fama pub.ca sive fide digni relatu, nec non ad querelam damnum passi, vel pon= ... rii, sive interesse habentis. Et sic idem officialis procedere teneatur, et debeat, p̄ et punire repertos culpa-

2 biles iuxta formam penam statutam ex dispositione antiquor. statutor. de materia loquentiu. Et si idem offi-
cialis repertus fuerit negligens, vel remissus damnum de proprio resarcire teneatur ipsi damnum passo: et nihilominus eamdem incurrat poenam de proprio reficiendam ipso facto, quam damnum inferens incurrisset, quibuscumq. in contrarium facientib. non obstantibus.

De modo procedendi per accusationem in damnis datis.

3 Statuimus, et hoc edicto firmamus, q̄d cuilibet damnum passo liceat accusare, et accusationis voces emittere cora p̄to maiori officiali damnor. dator. sive in scriptis, sive verbo in scriptis redigendas p̄ ipsum officialem nulla iuris solemnitate, sive substantialitate adhibita, dummodo accusatoris, et accusati nomen contineat, locum illati damni, mensem, et qualitatem damni, sive eius extimatione. Sup. qua quidem accusatione idem officialis procedere teneatur, et debeat, et repertos culpabiles punire iuxta antiquorum statutor. formam. Et si contigerit accusantem suam non probare accusam, poenam sol. 20 ipso facto incur-

4 rere intelligat. Et si idem officialis in praemissis se probuerit negligentem, seu remissum, poenam de q.

5 1.a se noverit incursurum ipso facto, et accusantem servet illesum, et pariter accusatum.

De modo procedendi per modum, et viam inventionis.

6 Hoc edicto in perpetuum valituro sancimus, q̄d liceat officiali maiori p̄rad. procedere de omnib., et singulis damnis, et vastis illatis ut s.a contra omnes, et quoscumq. repertos damnum p̄sonaliter, sive cum animalib. cuiusvis generis sive fuerint p̄ eius minores officiales ad eius officium describendos, qui iuraverint officium p̄rad. bene, et legaliter exercere, et gerere ut s.a Et sic d.s repertos culpabiles punire debeat pro delicti, et damni illati qualitate, et mensura iuxta formam statutor. antiquor.

7 de materia loquentium. Et si negligens in hmodi fuerit, in eamdem incurrat poenam, et damnum resarcire

8 ut s.a Et p̄rad. venditione sibi locum excepis locis infrascriptis vz a flumine Padulis p̄ vadum d.a flumina usq. ad Sabundas, et a d.s Sabundis usq. ad montes versus fines, et a reb. existentib. in ipsis montib. usq. ad summitatem versus planum &c. Extra vero d.a loca procedi no possit, neq. valeat invertionis iure, sed tm iure accusationis, sive inquisitionis, vel denunciationis ad querelam damnum passi.

In

In quibus casibus ordinamenta dictae materiae loquentia seruentur, et seruari debeant in omnibus, et per omnia, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

De modo procedendi per uiam denunciationis, siue delationis.

Hac constitutione firmamus, quod officialis maior procedere possit, et ualeat, immo teneatur, et debeat iure sui officij per modum, et uiam denunciationis loco ordinis 23 quod porrecta accusatione, siue querela non reperto certo damnum datore per damnum passo coram eo contra sindicum, siue gualdarium cuiuscumque uillae, siue loci comitatus omnis Lug. quae fieri possit in scriptis, siue uerbo apud acta in scriptis redigenda, sufficiat, quod tamen contineat nomen accusatoris, uel querelantis, et nomen gualdarij, et cuius sit loci, et locum damni illati, et qualitatem damni cum eius aestimatione. Qua quidem accusatione, siue denunciatione in scriptis, uel apud acta redacta idem officialis legere, et proponere teneatur eidem sindico, uel gualdario, et statuere terminum ad perquirendum, et inquirendum malefactorem, et ad ipsos reperiendum, et denunciandum: et si infra terminum statutum non retulerit, siue non reperierit malefactores, siue qui negligens fuerit dictos reperiendo, idem gualdarius, et eius uilla, siue uniuersitas condemnetur, et sit, et esse intelligatur ipso facto condemnata absque alia sententia, uel declaratione tamen ad damni emendationem damnum passo, quam ad poenam in qua incurrat iuxta statutorum praedictorum formam. Et si contigerit, sindicum, uel gualdarium, se non personaliter presentare coram dicto officiali maiore, tunc idem officialis teneatur ipsum requiri facere per eius officialem, siue baiulum quemcumque, uel per se ipsum monere debeat eundem sindicum, quod uenire debeat coram eodem officiali tali die ad se excusandum, et defendendum a quadam accusatione, siue querela contra ipsum facta per talem de tali damno, siue guasto sibi illato, adeo quod sibi liqueat de persona accusantis, siue querelantis, et de loco, ubi dictum damnum illatum, et dicta qualitate damni, et si idem sindicus, siue gualdarius fuerit contumax in comparendo, habeatur ipso iure pro condemnato ut supra. Et si comparuerit, seruetur ut supra. Sindici, siue gualdarij semel Lug. cuiuscumque uillae, siue loci comitatus, siue districtus ciuitatis eiusdem teneantur, et obligati sint uinculo iuramenti, ac etiam ad poenam solidorum 25 pro quolibet, et qualibet uice ipso facto incurrendam, si negligentes fuerint, se personaliter praesentare, et non per interpositam personam, nisi euidens necessitas, et ineuitabile impedimentum eos retardauerit, qualibet hebdomada in die sabbati ad minus se coram dicto officiali maiore, et eius curia, et sibi legi facere omnes, et quascumque accusationes, et querelas contra ipsam factas pro damnum dantibus in terris, possessionibus, et rebus existentibus infra tenimentum sui sindicatus, siue gualdariae, et recipere terminum ad denunciandum, siue defendendum ut supra quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

servetur, seu servari valeat quovis quæsito colore, sed talis modus penitus intelligat(ur) interdictus; et maxime quoad poenã applicandã ipso officiali; adeo q(uo)d remaneant huiusmodi n(ost)ra ordinamenta illesa, et in viridi observantia, quibuscumq(ue) et quavis consuetudine hactenus observata in contrarium facientibus nõ obstantibus; et si secus fuerit attentatũ, poenã librarum 25 d(e)n(ariorum) noverit incursurũ pro quolibet, et qualibet vice n(ost)rae Camerae applicandam.

De modo procedendi in damnis datis.

1 Presenti decreto imperpetuum valituro sancimus, q(uo)d in damnis datis, et vastis quomodocumq(ue), seu qualitercumq(ue) illatis, vel inferendis, sive procedatur iure accusationis, sive inquisitionis ad querelã, vel ex off(ici)o, vel q(uo)vis modo inventionis, seu denunciationis, procedi, et cognosci, et diffiniri, sive sententiari valeat nullo iuris ordine solemnitatis, sive substantialitate servatis, immo eidẽ in totũ ominis, adeo q(uo)d nullus iuris ordo, sive solemnitas, et substantialitas idem officialis servare teneat(ur), sed tm̃ requirat(ur) prima citatio de parte accusata, denunciata, vel inquisita, vel inventa: et si fuerit contumax in nõ comparendo, vel respondendo, habeatur talis pars ita contumax pro confessa, et convicta, et absq(ue) alia citatione possit libere condemnari, sive habeat(ur) ipso iure pro condemnata

2 absq(ue) alia sententia, sive declaratione. Et si contigerit talis pars citata lecta sibi prius accusatione, inquisitione, denunciatione, vel inventione vinculo iuramenti ei prestiti corporaliter prestiti respondeat simpliciter, et clare.

3 Et si negaverit, deveniat(ur) ad probationem, et ad convincendum eius malitiã iuxta ordinamenta d(ic)ta q(uae) infra. Et si contigerit confiteri simpliciter absq(ue) qualitate defensivis, ex tunc condemnari valeat, sive habeat(ur) pro condemnata

4 remissa ei quarta parte poenæ incursæ pro beneficio confessionis eiusdem. Statuentes insuper, q(uo)d nullus processus, sive condemnatio valeat infringi, seu ipso iure nullũ declarari, vel de nullitate aliqua dici et ex defectu inventionis, seu facultate denunciandi nõ habita, sive ex defectu nõ legitimæ citationis contra d(ic)ta damna modo quo sequitur infrascripto, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

De modo probandi in damnis datis.

5 Constituimus p(rese)nti decreto, q(uo)d in omnibus, et singulis casibus damnorum datorum, et vastorum illatorum, quocumq(ue) modo procedat(ur) coram p(rese)nto officiali unus testis de visu, vel duo testes de fama pub(li)ca qui sint omni exceptione maiores habeantur pro legitima

6 et sufficienti probatione, ac si de delicto legitime, ac sufficienter constaret. In quorum testium receptione facta citatione, vel monitione prius ipsis testibus ad deponendum veritatis testimonium super accusatione, inquisitione, inventione, vel denunciatione, citetur pars ad certã diem, et horã ad videndum eos iurare, et prestetur eis iuramentũ de veritate dicenda remotis ab eis amore, timore, prece, pretio, et omni humana gratia, prout fit. Quibus testibus sic receptis credatur, ac si de veritate delicti legitime constaret; nisi probatum fuerit legitime, tales testes nõ esse omni exceptione

7 maiores

1 maiori infra dilatione[m] indic[tam] arbitrio d. officialis statuen[dam], qua intelligat[ur] peremptoria, et improrogabilis, et habeat[ur]
pro termino ad proban[dum], et probatu[m] habendu[m] p[er] omne[m] modu[m] probationis, adeo q[uo]d de causis no[n] audiat[ur] pars, quae
2 probar[e] nititur. Volumus insuper q[uo]d si q[ui]s procederetur per uiam denunciationis, credat[ur] sindico, seu gualda=
rio, et eius denunciationi in damnis, et uastis illatis, quoru[m] poena non excedat summa[m] sol. centu[m]: ac etia[m]
3 similiter credatur d[ictae] ponderationi, et alijs q[ui]buscumq[ue] accessorijs ad effectu[m] exactionis d[ictae] poenae:
4 Addimus et q[uo]d si contigerit procedi p[er] modu[m], siu[e] iure inuentionis, tunc et eo casu credat[ur] officiali cuicumq[ue] cu[m] iuram[en]to d[e]
nouo prestito, quat[enus] inuentio no[n] excedat d[ictam] summa[m] sol. centu[m], et pariter circa ponderatione[m], et alia accessoria, ut
s[upr]a et quatinus d[ictam] summa[m] excedat, in quacumq[ue] summa fuerit, credatur officiali cu[m] iuram[en]to p[ro]prio, et baiulo desig[nato]
in testem examinan[do] ut s[upr]a. Quib[us] statur ta[m] quoad poena[m], et ponderatione[m], qua[m] quoad alia accessoria ad effectu[m]
actualis ponderationis exactionis dictae poenae, ut supra.

Quod acta damnor[um] dator[um] in scriptis redigantur apud pub[lic]um libru[m] d. officialis.

5 Hoc decreto inuiolabiter firmamus, q[uo]d maior officialis dam. dat. per minore[m] officialem ad id p[er] eu[m] specialiter
constitutu[m] teneat[ur], et obligatus sit ipso d. officij facere unu[m] publicu[m], et autenticu[m] libru[m] pro quolibet semestri,
et ipsu[m] publicu[m] retinere, in quo describi, et annotari debeat singulariter singula accusationes, denunciatio=
nes, inquisitiones, inuentiones, querelae, et omnia, et singula, et quaecumq[ue] acta, et actitata, gesta, et obseruata,
sententiae, et declarationes quaecumq[ue] in d. officio fieri contigerit p[er] extensu[m], p[rou]t fit, et fieri debet: Hec no[n] commis=
siones, et relationes, adeo q[uo]d no[n] . no[n] ualeat dubitari de gestis et obseruatis in eo, et causis pred[ictis].
6 Et idem officialis eadem die, uel sequenti debeat mittere copia[m] ad Camera[m] d[e] omnib[us], et singulis denuncijs,
7 inuentionibus, et accusis, siu[e] inquisitionib[us]. Et si secus fieri contigerit, pred[icta] no[n] obseruari, ipso facto librar[um]
decem tam officialis maior, qua[m] officialis minor constitutus ad id irremissibiliter incurrere intelligat[ur], ap=
plicandas ipso facto n[ost]rae Cam[er]ae pro trib[us] partibus, pro quarta uero parte denunciatori, qui secreto
cuius persona nemini pandetur.

De officio extimator[um] damnorum.

8 Hac lege imperpetuu[m] ualitura ordinamus, q[uo]d si q[ui]s acciderit p[er] aliquem damnu[m] dantem estimationem damni
illati denegari, et dici, damnu[m] no[n] ascendere ad tanta[m] estimatione[m] descripta[m] a damnu[m] passo; tunc offi=
cialis maior ex suo mero offi[cio] cogat, et cogere debeat statim ta[m] damnu[m] passum, qua[m] damnu[m] inferentem
p[er] se, uel eius animalia ad eligen[dum] extimatores, uidelicet unum pro quolibet ipsor[um], et in casu discordiae tertiu[m] fi=
dum utriq[ue] parti. qui sic electi habere intelligant omnimoda[m] potestatem, et plenu[m] arbitriu[m] estimandi, et
declarandi estimatione[m] pred[ictam]. Quor[um] declarationi, et estimationi stari debeat quatenu[s] in ea duo

fuerint

fuerint concordes, et ab eis nō possit de caetero appellari, de nullitate dici, siue recursus haberi, et de caetero nō audiatur quicumque se grauatum dicere voluerit ex extimatione, et declaratione p̄dict: Et si secus fuerit attentatum, attentator, et eius p̄cur poenā librar. 25 ipso facto incurrisse intelligat. applicandā ut s.ª Quibuscumque in contrarium facientib. nō obstantib.

De poenis applicand. officiali, et emolumentis debendis officialib. damnor. dator.

1 Hac constitutione imperpetuū valitura sancimus; cum nemo debeat proprijs sumptib. militare, qd officialis damnor. dator. habeat, et habere intelligatur pro suo salario, et mercede sui officij quartā partem omnium, et singularum inventionum, de qua nulla valeat fieri gratia siue p nrum litem, siue p consules nrae ciuitat. Eug. et si contigerit p nos fieri aliquā gratiā in huiusmodi. talis officialis consequatur, et consequi debeat medietatem eius, qd eius effectui (?) nisi fuerit in Camerā. In reliquis vero vz. accusationib., inquisitionib., et denuncijs habeat, et habere debeat p^t hactenus extitit consuetū, et obseruatū, et omnia, et singula emolumenta consueta, et obseruata, excepto tempore fructuum pendentium, et maxime uuar., quo tempore pro inuentionibus factis in hortis, vineis, et clausuris, et arboretis consequi possit, et valeat medietatem poenae inde incursae p damnū datum inuiolabiliter prout s.ª

2 Reseruato tn̄ notario dam. dator. quocumque emolumento sibi debito iure sui laboris, et officij p^t extitit consuetū et obseruatū hactenus. de quo nihil consequi valeat maior officialis, adeo qd omne emolumentū sit eiusdē

3 notarij: Reseruato iure eligendi, constituend., et deputand. d.^{ti} notarios, prout faciendū, qbuscumque nō obstantibus. Et praed.^{ta} constitutio vendicet sibi locū in qbuscumque exactionib., et officialib. Cam.^{rae} praed.^{ae}

De modo mulctarum.

4 Constituimus, et p̄nti lege firmamus, qd arbitriū maioris officialis, siue notar. ad d.^m officiū deputati in modo mulctandi non excedat, siue excedere valeat summā ducator. duor. applicand. nrae Cam.^{rae} pro qualibet, et qualibet vice, qbuscumque

Ut nemo pendentes uuas colligat siue maturas, siue immaturas absque licentia.

5 Cum passim dignoscatur vindemias fieri nō expectato debito tempore, ex quo damna nō leuia inferunt, et delinquendi praeparatur occasio, ut huiusmodi obuiet malitijs, hac lege prouidetur, qd nullus nō obtenta licentia ab officiali maiori d.^{ae} Ciuitatis audeat, uel praesumat colligere uuas immaturas, ut vulgo dicitur ad faciend. agrestā, uel uuas maturas ad faciend. sapperum sub poena, et ad poenā ducator. decem irremissibiliter nrae Cam.^{rae} applicand. saluo iure officialib. ut s.ª

6 Et liceat cuius officiali inquirere de praed.^{tis} et intrare domos, et habere diligentiā in inueniendo contra

7 facientes; si in huiusmodi repertus fuerit contradictor, seu quouis modo obstiterit, talis habeat pro delinquente, confesso, et conuicto, et eamdem poenā incurrisse ipso facto intelligat, de qua s.ª qbuscumque nō obstantib. ꝗ

De ~~obseruantia statutorum damnorum datorum~~ extrib. examinand., et actig.ero in causis d.

Constituimus, qd tam officialis maior, quā notarius indifferenter communiter, et de p se possint, et valeant procedere

deri, cognoscere, expediri, examinari, acta fieri, et sententias ferri in omnibus, et singulis damnis, et alijs pertinentibus
1 ad ipsum officium: et stetur ipsorum scripturis. Et si quis ausus fuerit palam, vel secrete contrarium affirmare, quam fuerit scriptum, dummodo probetur per unum testem, poenam ducatorum 50 incurrisse ipso facto intelligat, et exigenda per eosdem officiales, nisi tempore sindicatus legitime, prout de iure fuerit reprobatum, quod scriptum reperietur, quibuscumque non obstantibus.

De ~~testibus examinandis, et actis gerendis in causis~~ observantia statutorum damnorum datorum.

2 Hoc edicto sancimus imperpetuum valituro, quod decreta noviter edita, de quibus supra observentur, et observari debeant inviolabiliter sub vinculo prestiti iuramenti tam per officialem maiorem, de quo supra et eius notarium, quam etiam per officium, sive officiales Domini Potestatis, nisi in poenis applicandis, cum proprium salarium, et emolumenta fuerint eisdem alias constituta, quibuscumque non obstantibus.

Delatoribus, seu gualdarijs qualiter credatur.

Hac constitutione imperpetuum addendum duximus, quia ea, quae de novo emergunt nova indigent constitutione, quod
3 gualdarijs, seu delatoribus ad id constitutis plenius credatur, et indubitata fides adhibeatur ad summam sol. centum
4 tamen quoad poenam exigendam absque aliqua diminutione, prout alias constitutum extitit: et nihilominus quo ad possessionem, et ad damni estimationem, et emendationem indubitanter credatur, cuiuscumque fuerit estimationis, et quantitatis rei, de qua agitur: et stetur, seu credatur simplici assertioni dicenti se gualdarium,
5 nisi in contrarium fuerit legitime probatum, et in alijs officialibus quibuscumque, quibuscumque in contrarium etc.

De gratia non admittenda calumniosis defensionibus utentibus.

6 Hoc edicto constituimus, quod si quis calumniose, seu minus legitime se ingesserit in processibus damnorum datorum, et guastorum, et furtum, vel extraordinariorum cuiuscumque generis contra   et contigerit ipsum condemnari, ad aliquam gratiam inde obtentam non admittatur: immo ad integram poenam cogi debeat, quocumque
7 rescripto inde impetrato non obstante, et habeat pro calumniosa defensione, si contigerit, ipsum condemnari.

Infrascripta sunt statuta novissima nuper edita super damnis dat. cum additionibus, et correctionibus aliorum Statutorum dam. dat.

Additio, et correctio ad statutum sextum positum sub rub. quod liceat offendere dam. dantes.

Cum suadente experientia rerum magistra quotidie demonstretur, ut illud, quod usque ad certa tempora pro conservatione humani generis, et hominum pace, et quiete ad bonum, recteque vivendum secundum humanas leges, et patriae laudabiles mores utile, ac proficuum fuit, succedente varietate temporum, et crescente hominum malitia, cum natura de facili inclinetur ad malum potius, quam ad bonum, efficiatur inutile, et quandoque parum utile, immo quandoque damnosum; Et propterea scriptum reperiatur, quod non debeat reprehensibile reputari, si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana: Conatur enim natura diu, noctuque novas edere formas ad eludendas leges, et dolis, fraudibus, et machinationibus ipsas supplantare, earumque vim, et potentiam declinare in quantum potest: Et propterea crescente mirum in modum quotidie multitudine copiosa damnorum dat., adeo quod non solum possessiones devastantur, et deturpantur, sed quodammodo depopulantur, et a dominis, et patronis redduntur inutiles cum ex illis fructus non percipiant, ut homines retrahant ab earum cultura, et plures, quam habent, adipisci non procurant, sed potius habitas distrahant. Unde in quantum possumus praedictis obviare volentes, et ut domini, et patroni pacifice, et quiete eorum fructus, et redditus percipere valeant.

1 Addentes, et corrigentes statuta vetera, et ordinamenta damnorum datorum pro bono pacis, et quietis Civitatis, et Comitatus Eug. statuerunt, et ordinaverunt addendo primo ad sextum statutum positum sub rub. quod liceat offendere damnum dantes &c. et ipsum statutum corrigendo in ea parte, in qua dicit, quod damnum dantes de die liceat offendere manibus vacuis sed etiam pugillis non solum manibus vacuis, lapidibus, et baculo ipsum damnum dantem offendere liceat impune, donec, et quousque de possessione ipsa exiverit, in qua intraverat causa damnum dandi, citra tamen mortem, et alicuius membri debilitationem. quae si secuta fuerit praeter mentem, et intentionem ipsius offendentis, possit puniri offendens per D. Potestatem Civitatis Eug. qui pro tempore fuerit, secundum qualitatem facti, et personarum. in reliquis vero voluerunt, statutum praedictum habere in viridi observantia, prout iacet.

Additio, et correctio ad statutum personaliter damnum dantium in vineis, et hortis.

2 Item addendo, et corrigendo statutum positum sub rub. De poena personaliter damnum dantium in vineis, ortis &c. R. 16 Statuerunt et ordinaverunt, quod statutum praedictum locum habeat et in arboribus. sed quia quos non retrahit caritas a malo, retrahat timor poenae, et
3 propter parvitatem poenae statuti praedicti redditur quodammodo delusorium, et inutile; Statuerunt et ordinaverunt augendo poenam dicti statuti, quod damnum dantes in rebus praedictis de die puniantur poena duodecim librarum ravennatum, et torqueantur in corpore duobus ictibus cordae: de nocte vero damnum dantes puniantur in libris 24 moneta

monetæ prad.æ et in quatuor ictib. cordæ, et nihilominus pro qualitate damni dati, et damnum dantis possint poe-
na prad.ta augeri arbitrio mag.ci D. Ptris Civit. Eug. pro tempore existentis: possit tn d.a poena corporalis in
aliam, et pecuniariam commutari arbitrio p.ti Dni Locumtenentis, si ei visum fuerit.

1 Itm ~~statuerunt, et ordinauerunt~~ addentes, et declarantes poenã damnorum datorum, statuerunt, et ordinauerunt, quod
omnes et singulæ sive in actu, sive in prosptu damnis datis personaliter impositã, sive in futurum impo-
nendæ locum habeant, et sortiantur effectum in maioribus 14 annis completis damnum dantibus; in minoribus vero
14 annis usque ad septennium completum minuatur dimidia pars poenæ pecuniariæ, cessante et in eis poena
corporali beneficio ætatis: in minoribus vero septennio usque ad quinquennium completum locum habeat poena
arbitraria dni Potestatis Civit. Eug. pro tempore existentis moderanda, et ab eo declarand. infra triduum,
postquam d.us hoc ab officiali dam. dat. fuerit requisitus. Et si Potestas ipse d.o damno ipso cognouerit, et
super eo processerit, postquam d.o damno dato sibi constiterit infra d.m tempus arbitrium suum declaret ~~mo~~
modo supradicto.

2 Itm ne poenæ pro damnis datis impositæ reddantur elusoriæ, et ut euitentur damna data, et ab eis retrahantur
qui soliti sunt damna dare, statuerunt, et ordinauerunt, quod non solventes poenam pecuniariam pro damnis
datis personalibus impositã ab eis incursã infra mensem, postquam d.i ipsis damnis datis condemnati fuerint,
vel habiti pro condemnatis, detrudantur in carceribus per tempus octo dierum, et die quolibet dictorum octo dierum
ducantur ad catenam sitam, et positam extra portam palatij mag.ci Potestatis Eug. hora prandij, et ligentur, sive
incatenentur ad ipsam catenam, et sic ligati permaneant per duas horas continuas, et deinde ad d.os carce-
res reducantur. Et nihil.s puniantur poena torturæ sm formam statutorum d.o poena torturæ pro dam.
datis imposita loquentium, nisi attenta qualitate personæ, seu damni dati, aut ex alia probabili causa
mag.co D. Ptri pro tempore existenti in Civit. Eug. visum fuerit, damnum dantem mitiori poena puniendum fore.

3 Itm quia pro maiori parte damna perpetrari, et committi contingit ab eis, qui bona propria non habent, et propte-
rea magis auidius querunt aliena: Unde volentes eorum rapacitatem obuiare quantum possunt, statue-
runt, et ordinauerunt, quod quicumque non habentes bona propria, ex quibus fructus percipiant, cum quibus fuerint
inuenti sive illos ut dni, sive ut possessores, detentores, aut coloni percipiant, reperti fuerint cum aliquibus
ex d.is fructibus ab aliquo officiali mag.ci Potestatis Civit. Eug. vel ab aliquo officiali maiorum, seu minorum, aut
nuncio damnorum datorum presumantur fructus prad.os habuisse, et recepisse ex damno dato, et damnum dedisse
4 in bonis alienis: Et idem voluerunt de inuentis, seu repertis habere secum palos, castellos, columnas, vites,
ramos arborum domesticarum, et aliquod genus lignorum positorum ad custodiam, seu culturam possessionum, si reperti, aut
inuenti cum rebus, et lignis prad.is aut aliquo prad.torum non habeant bona propria, aut bona ipsa teneant, aut pos-
sideant nomine proprio, aut ut laboratores, in quibus res prad.æ habeant: Et sic reperti, et inuenti cum fructibus

lignis

ligni, et rebus supradictis aut aliquo praedictorum puniatur, ac si reperti fuerint, et inventi damnum dare, aut de damno
dato convicti, et condemnati fuerint, vel habiti pro condemnatis, exempta tamen in eis poena corporali pro dam
1 datis personaliter imposita: Et praedicta vera sint, nisi sic reperti cum fructibus, et rebus supradictis legitime probaverint
infra terminum eis statuendum ab officiali non excedentem metam octo dierum, se fructus, et res praedictas habuisse licite
2 et non ex causa damni dati. Et si allegaverint, et probaverint saltem per iuramentum damnum passi, se res praedictas
et fructus habuisse, et percepisse permittente damnum passo, et consentiente, aut de licentia ipsius damnum
passi eis concessa prius a domino, seu possessore, et detentore, aut colono bonorum, et rerum, ex quibus fructus, et
res praedictae perceptae fuerint per cedulas in scriptis cum duobus testibus factam prius saltem per unum diem ante licen
tiam praedictam continentem; sint immunes ab omni poena, et non molestentur ulterius.
3 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod omnes, et singuli de aliquo damno dato personali condemnati vel habiti
pro condemnatis praesumantur omnia, et singula damna data personalia data prius in illo mense, et in men
se anteriori proxime in quo, in qua de dicto damno dato condemnati fuerint, aut habiti pro condemnatis: qui
aliquo damno dato cum bestiis praesumatur omnia, et singula damna data cum bestiis prius in praedicto declinato.
Et perinde puniantur, ac si de dictis damnis datis condemnati fuerint, vel habiti pro condemnatis, nisi ex na
4 tura damni dati constiterit manifeste damna praedicta dari non potuisse; aut legitime probaverint infra ter
minum octo dierum a die citationis, aut monitionis factae de eis ad se excusandum a dictis dam. dat. praesumptis
damna praedicta praesumpta non ab eis sed ab aliis data fuisse, exempta semper quoad dicta damna data praesum
5 pta poena corporali pro damnis datis imposita. Et praedicta locum habeant quo ad dicta damna praesumpta,
6 dummodo damnum passus suo proprio iuramento firmaverit, se nescire dicta dam. praesumpta ab alio data fuisse.
7 Et quia si lupus efficitur pastor ovium, pereunt oves, et propterea cum magistra experientia repertum sit, quod per
malam electionem minorum officialium dam. datorum, qui propter aviditatem lucri, et eorum paupertatem, malorumque
mores non solum quod damna prosequantur, et damnum dantes puniri quaerant, immo cum eis colludunt, et occultant
damnum dantes, et recepta mercede dicta damna data componunt in praeiudicium Ser.mi M.ti D. Ducis Urbini, et eorum
qui damna patiuntur: et propterea volentes praedictis obviare, et providere, ut ministri, et officiales dam. datorum
fideliter exerceant eorum officium; statuerunt, et ordinaverunt, quod nullus officialis maior dam. dat. civitatis lege
possit auctoritate propria deputare sibi aliquem officialem, aut baiulum pro exercendo officium suum damnorum
dat. nisi prius compareat coram mag.cis Confalonerio, et Consulibus Civitatis praedictae, et eisdem declaret, et nominet illum,
quem intendit eligere, seu deputare sibi pro suo officiali, et pro suo baiulo, aut nuncio: et praedicti mag.ci Confalonerius,
et Consules teneantur diligenter investigare de qualitate, et conditione personae electae, seu nominatae per dictum officia-
lem, et deinde si talis meruerit confirmari ad tale officium, illum confirmare, et describi facere pro confirmatorum
cancellarium dicti Communis, ita tamen quod dictam confirmationem non faciant, nec facere debeant nisi post lapsum duorum
dierum

1 dier. Et pta sub poena, et ad poena decem librar. denar. incurrenda ipso facto p ipsum officiale maiore si contrafecerit: et simili poena puniatur officialis, et nuncius, aut baiulus, qui officium prad. exercuerit sine confirmatione
2 suprad. facta modo, quo s.a Et ad tollendas omnes fraudes quae in commissi possent, ultra d. confirmatione, et descriptione officium pradictum exercere no possint nisi habito bulettino pro mag.cos Confalonerij, et Consulum, per cuius
3 tenore de eius confirmatione docere possit. Et ad eiusdem officialis requisitionem pti mag.ci Confalonerius, et Consu-
4 les bulettinu prad. tradere teneant, non excedendo tamen numerum quatuor eorundem officialium minor. ipsorum pro quolibet officiali maiore damnorum datorum.

5 Et qa saepe contingit, qd uenatores eundo uenatum p uineas, et alias possessiones fructiferas, et alienas transeant, et dnos, et possessiones damnificent, et clausuras aperiant; unde prad.i uolentes prad.is obuiare: Statuerunt, et ordinauerunt; qd nulla psona cuiuscumq. status, praeeminentiae, et conditionis existat, audeat quoquomodo cum canib. aut sine eundo uenatum intrare uineas, ortos, arboretos, et clausuras cu uitib. a Kalendis mensis Maij usq. ad festum omnium Sanctorum mensis 9bris subsequentis poena unius floreni nd. ratae 40 bon. pro quolibet floreno incurrenda pro qualibet psona contrafaciente, et solidor. 40 pro qualibet cane soluenda per ipsum uenatorem canem prad. ducentem secu no uenandum ipso facto incurrenda p solum ingressum: et in aliqua ex d. possessionib. et bonis
6 puniendus, et qualibet anno in futurum puniendus, nihilominus qui sic inuentus poena damni dati, si damnum
7 dederit, sm forma statutor. et ordinamentor. imposita pro damnis datis personalib. et cu bestijs, excepta dumtaxat corporali poena, dummodo non fiat animo fraudandi ordinamenta, et statuta praedicta ad effectum euitandi dictam poenam corporalem.

Et qa adeo creuit multitudo copiosa dam. dator. et praecipue ab eis, qui proprium non habent, sed de alieno gaude-
8 re procurant; Statuerunt, et ordinauerunt, qd omnes notarij scribentes introitu ad portas, officiales, custodes, et collectores earundem portar. Ciuit. Eug. possint, et ualeant omnes, et singulas personas intrantes, uel intrare uolentes portas ipsas cu fructib. palis, columnis, uitib. cancellis, et alijs lignis, quib. possessiones aptant, et
9 custodiuntur, perquirere si fructus aliquem habeant, columnas, uites, aut res aliquas ex prad.is et si aliqua persona inuenerint, aut reperierint habentem secu fructus aliquos, aut columnas, uites, aut res aliquas ex iam dictis, ab eis auctoritate propria auferre, et no inuento damnu passo totu applicare ad proprium commodum.
10 eo uero inuento dimidia damnu passo consignare, et reliquu ad suum commodum conuertere. Et sic inuentos infra terminum duor. dier. immediate sequentium officiali maiori damnor. dat. denunciare teneant sub
11 poena duor. florenor. pro qualibet negligentia ipso facto incurrenda. Qua denunciatione sic facta contra prad.os sic repertos cum fructib. aut reb. suprad. prad. officialis procedere teneatur, et procedat, et puniat de damno dato secundu forma statutor. et ordinamentor. sup damnis datis tradita, dummodo ipsi denunciatores proprio iuramento firmauerint contenta in denuncia uera esse. Et quarta pars poenae pecuniariae pro

damno

1 damno ipso imposita cedat lucro ipsius denunciantis. Et predicta vera sint, et locum habeant dummodo sic reperti non habeant bona propria, sive possessores, detentores, laboratores non sint aliquorum bonorum, ex quibus fructus, aut rem aliquam
2 ex predictis percipiant, aut percipere potuerint, cum quibus inventi fuerint modo supradicto. Liceat etiam cuicumque persone privatae, non privatae sic volentes intrare portas antedictas contra formam presentis statuti denunciare cum eodem lucro tam quo ad poenam, quam quoad fructus, et alias res predictas et quicumque fuerit sic denunciator secretus remaneat, et non
3 manifestetur per ipsum officialem. Si quis etiam ex predictis sine licentia superioris, et nomine contradicente intraverit dictas portas cum fructibus, aut rebus supradictis, puniatur poena pecuniaria pro dam. dati imposita, ac si repertus fuerit damnum dare, et tanto poena corporali pro dam. dat. imposita. Quicumque etiam officiales sive damnorum datorum, et curia mag.ci D.
4 Potestatis Civitatis Eug. ad predicta teneantur, et obligati sint in virtute officii non solum contra intrantes, et intrare volentes dictas portas cum fructibus, aut rebus predictis sed in quocumque loco sive in Civitate, sive extra Civitatem per Comitatum Eug. in locis, in quibus eis permissum est, perquirere damna data, sive punire damnum dantes cum eodem lucro quo ad fructus, et res predictas et sic repertos de damno dato punire, si ad eius spectet officium, alias denunciare puniendos ab eo, ad quem
5 spectat modo predicto. Ponitur etiam sic reperti, si allegaverint non dedisse damnum, facere defensiones suas, et probare
6 ad eorum defensionem, se damnum non dedisse infra terminum eis statuendum ad predicta et teneantur nihilominus eorum medio iuramento interrogati interrogantibus respondere, ex quibus bonis fructus, aut res predictas habuerint, et de quo loco abstulerint, et asportaverint.
7 Quam interrogationem facere teneantur officiales predicti et invenientes ipsos cum rebus, et fructibus predictis poena duorum florenorum ipso facto incurrenda per quemcumque negligentem predicta interrogare.

8 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod executionem contra repertos habere fructus aliquos, aut aliquod genus lignorum, aut rem aliquam ex dam. dato auferre ab eis res predictas facere possint, et faciant non solum officiales, et ministri dam. datorum, sed et omnes, et singuli officiales mag.ci D. Potestatis Civitatis Eug. modo, et forma contentis in statuto proxime praecedenti, et cum eodem lucro, et oneribus in eo contentis. Et similiter inventionem facere de damnis datis, et sic inventos denunciare ad quem spectat ipsos punire: et contra eos sic inventos procedere secundum formam statutorum de materia loquentium.

9 Item statuerunt, et ordinaverunt, quod omnes, et singuli officiales dam. dat. et officiales mag.ci D. Potestatis Civitatis Eug. ad quos spectat cognitio, et punitio dam. datorum, teneantur, et debeant infra mensem a die notitia contra omnes, et singulos damnum dantes, et de damno dato punibiles eisdem notos qualitercumque, et quomodocumque procedere, et punire secundum formam
10 iuris, et statutorum communis Civitatis Eug. si vero ad eos non spectet cognitio, et punitio dam. datorum predictorum, teneantur, et debeant dictos damnum dantes eisdem notos sive per inventionem, sive quocumque alio modo infra terminum trium dierum denunciare
11 puniendos ei, ad quem spectat cognitio, et punitio. Et quicumque contrafecerit, aut aliquod damnum occultaverit, aut aliquid receperit causa occultandi, et non manifestandi aliquod damnum datum, aut compositionem, seu collusionem aliquam fecerit cum aliquo ex causa alicuius dam. dati, et officium suum fideliter non exercuerit circa ipsa damna, puniatur poena decem

ducatorum

ducatos auri pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

1 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod quicumque officialis maior dam. dator. dicti loci requisitus ab aliquo damnum passo teneatur personaliter accedere, aut mittere eius scribam, siue notarium, dummodo suspectus non recusetur, ad locum, in quo damnum datum est, et medio iuramento de veritate dicenda corporaliter praestito omnibus vicinis dicti loci, et quibuscumque aliis personis nominatis per damnum passum interrogare, si aliquid sciant, et quid sciant de dicto damno dato, et per quem dictum damnum datum est, et si fama est de aliquo, qui damnum dederit, aut si audiuerunt ab aliquo dedisse dictum damnum, et totum illud, quod sciant, deponant medio eorum iuramento interrogati, citato tamen, aut admonito ipso damnum passo

2 pro certo die, et hora, ad videndum iuramentum praedictorum deferri. Et si opus fuerit interrogare aliquam personam religiosam, aut ecclesiasticam existentem in aliquo monasterio et mulieres, siue sorores cuiuscumque ordinis, aut congregationis existant, teneatur officialis prius requirere licentiam ab eo, ad quem spectat, et cui subest locus ille, eundi ad locum praedictum siue monasterium dictarum mulierum, et habita dicta licentia mulieres ipsas interrogare medio earum iuramento ad grata ipsius monasterii modo supradicto. et licentia ipsa eidem non concessa, hoc denunciet magnifico D. Rectori Ciuitatis Eug. pro tempore existenti, ut mediante eius officio prouidere possit, et prouideat de remedio opportuno pro veritate inuenienda circa dictum damnum datum, ut sorores, et moniales ipsae deponant, quod sciant. dummodo interrogatio praedicta

3 fiat, aut facienda sit in Ciuitate, aut extra Ciuitatem Eug. per medium unius miliarii. si vero facienda sit ulterius in locis distantibus ultra dictam metam a Ciuitate praedicta, teneantur damnum passi satisfacere ipsi officiali pro eius mercede bol. duos pro quolibet miliare, poena duorum florenorum incurrenda pro quolibet officiali, et vice qualibet, qua contrafactum fuerit.

4 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod intrantes possessiones alterius, siue res ab aliis ~~emptas~~ et possessas praesumantur dedisse omnia damna data personalia, quae apparuerint esse data in re praedicta prius ea die, et perinde puniantur, ac si de damno dato condemnati fuerint, aut habiti pro condemnatis, excepta poena corporali,

5 dummodo non probauerint infra terminum sex dierum a die citationis, aut monitionis ad se excusandum de praedictis damna praedicta praesumpta non a se data, sed ab alio data fuisse, aut se interuenire aliqua rationabili causa, siue iure consanguinitatis, amicitia, vel alterius probabilis causa approbata pro tali ab ipso damnum passo.

Item quia qui male agunt od lucem, et clam potius, quam palam maleficia committunt, et in quantum possunt pro-

6 curant, maleficia, et delicta occultare, et propterea ad faciliorem probationem damnorum datorum, et ut citius damna data perducantur ad lucem: Statuerunt, et ordinauerunt, quod concurrentibus probabilibus indiciis sufficientibus de iure communi, aut ex forma statutorum, et ordinamentorum Ciuitatis Eug. ad torquendum aliquem in maleficiis, et criminalibus, concurrente arbitrio, et voluntate magnifici D. Rectoris Ciuitatis Eug. dantes damna personalia citari possint ad torturam, et torqueri ad inueniendum ipsa damna data, prout indicia ipsa patiuntur, et expostulant: Et si prius D. Rector declarauerit, aut mandauerit officiali dam. dat. damnum dantem torquendum

esse

esse, et qd ipsum subijciat torturæ, eumdem torquere teneatur, pns mag.co Potatu eiusdem ciuit, et torquendum
1 ad torturã ipsam citare: Et contra nõ comparentem, et contumacem procedere, quemadmodũ procedendũ est, et
proceditur contra contumaces in non comparendo ad subeundũ se torturæ maleficijs sm formã statutor, et ordi-
namentor ciuit pradca. Et idem faciat Potas procedens contra dos damnũ dantes pro mag.co D. Inse arbitrando
declarando ipsos damnũ dantes citandos esse ad torturam, et fore torquendos.
2 Itẽ statuerunt, et ordinauerunt addendo, et limitando statutũ positum sub rub. 25 incipiens, Qui possint dci da
dato sine testibz accusare. qd illud, quod cauetur ex forma d. statuti quoad poenã 20 sl. imponendas pro
damno dato, stetur iuramto damnũ passi super ipso damno dato locũ habeat, et sortiat effectũ in dam. dato
3 cum bestijs, sed in damno dato personali imposita concurrente aliquo indicio, seu legitima præsumptione con-
tra eum, qui dr damnũ dedisse, stetur iuramto damnũ passi usq ad dimidiaS partem poenæ pecuniaria pro
tali dam. dato psonali imposita: Et qa ex forma pti statuti nihil cautũ esse reperitur circa refectionẽ damni
4 reficiendi damnũ passo; Statuerunt, et ordinauerunt, qd quandocumq dr dam. dato aliquo siue perso-
nali, siue cum bestijs constiterit legitime, siue ex dispositione iuris communis, siue ex forma statuti damnor
dator, ut per unũ testem, uel p famã publicã, uel aliter qumq per iuramentũ damnũ passi in defectũ alterius
probationis, stetur, et stari debeat iuramto damnũ passi sup emendatione damni reficiendi sibi pro dam.
5 dato usq ad quantitatem duor florenor ad ratã 40 bon. pro quolibet floreno. Declarantes etiã, qd d. pro-
batio p iuramentũ damnũ passi tã quo ad poenã, quã quo ad emendationẽ fieri possit pro damnis datis
tantummodo per dies quindecim ante porrectã accusationem, aut querelã, siue denunciam factam occa-
sione dicti damni dati.
6 Et qa quandoq contingit, constare dr dam. dato, et damnũ datum esse, sed nõ constat cui datũ sit, et in qua re.
statuerunt, et ordinauerunt, qd omnes, et singuli officiales dam. dator possint quemcumq interrogare eor me-
dio iuramento, in qua re damnũ datum sit, et ad quem spectet, et pertineat res ipsa, in qua damnũ datũ est,
ubicumq, et quandocumq eis placuerit poena unius floreni pro quolibet requisito ab aliquo ex d. officialibz
iuramentum pradm subire, et ad interrogata respondere nolente super pradi. firma remanente poena pro ta-
li damno dato imposita.
7 Itẽ statuerunt, et ordinauerunt, qd cuicumq liceat denunciare damna data per alios, quã per se in bonis alienis, et
8 pro dam. dato dr nocte lucretur occasione dce denunciæ, seu accusationis factæ ab ipso dr tali damno dato
dimidiam partem poenæ pecuniariæ. pro damno uero dato dr die lucretur quartaS partem poenæ pradæ. si to
9 tali denuncians, seu accusans fuerit unus ex pluribz socijs dictor damnũ dantium, sit immunis ab omni poena
incursa ab eo pro tali dam. dato, ipso tamen denunciante, seu accusante dr do. damno dato firmante pro-
prio iuramto a se personaliter præstito, uera esse contenta in eius denuncia, aut accusatione, super qua secretus
retineatur

1 retineat, et nō manifestetur ab ipso officiali, et eius notario quoquomodo poena duor. flor. incurrenda pro quolibet officiali, et notario in contrariū faciente, et denuncian., aut accusan. prad.ti manifestante.

Itẽ statuerunt, et ordinauerunt, qđ omnes, et singuli officiales dam. dator. possint, et ualeant auctoritate propria eor.
2 officij, et teneantur requisiti dñ hoc a quocumq. damnū passo, intrare quascumq. domos alienas priuatas Ciuitatis,
et comitatus Eug. et diligenter perquirere, et inuestigare, si in eis reperiantur fructus aliquos, uinū, mustū, fru-
3 mentum, et aliqđ aliud genus blador., aut rem aliquā habitā ex damno dato: et rẽ aliqua ex prad.ti inuenta
ipsas auferre, et accipere auctoritate propria, et mediam partem applicare ad propriū commodū, reliquā uero
inuento damnū passo eidem restituere, habita diligenti inquisitione pro inueniendo damnū passo, et eo nō in-
4 uento totū applicare ad propriū commodū; declarato tñ prius, antequā domos prad.tas ingrediat. habitatori ipsar.
domor. ipso ibidem existenti, alias alijs habitatoribus dñ eius familia in domibus prad.tis existentibus, qualiter domos
prad.tas ipsas ingredi intendunt illo tunc ad perquirendū rei prad.te et si domus prad.tas repererint esse clausas,
5 petant illas aperiri, ut ingredi possint, et ualeant ad perquirendū prad.ta. Et quod domus prad.tas nō ingrediant.
sine duobus testibus, qui sint pñtes ad omnia suprad.ta et uideant gesta ab ipsis officialibus, et res prad.tas in domibus
6 prad.tis inuentas. Et nihilominus inuenta rẽ aliqua ex prad.tis habita ex damno dato, procedant contra dominū,
seu habitatorẽ dictar. domor., et puniant dñ damno dato, ac si de ipso dam. dato condemnatus fuerit, aut
7 habitus pro condemnato, excepta tamen poena corporali, pena decem florenor. pro quolibet denegante ingres-
sum d.tar. domor., aut quoquo modo directe, uel indirecte impediente quo minus domus prad.tas ingredi, et perqui-
8 ri ualeant ipso facto incurrenda: Non uolentes tamen officiales prad.ti intrare domus clausas teneantur illas
9 sigillare in ear. ostijs. quibus sigillatis nullus auctoritate propria ingrediatur poena florenor. quinq. pro quo-
10 libet contrafaciente, aut sigillū prad.tum amouente dñ d.tis ostijs ipso facto incurrenda. et similiter poena librar. de-
cem rauen. pro quolibet officiali dam. dat. ab aliquo requisito pro eius interesse, qđ domus prad.tas ingrediat.
et perquirat modo suprad.to pro aliquo damno dato, recusante, aut negligente prad.ta facere, et ꝑ unicā inter-
pellationem requisito cū presentia duorum testium ad predicta.

Itẽ statuerunt, et ordinauerunt, qđ omnes, et singuli officiales, et custodes ipsor. officialiū, et quicumq. alij haben-
11 tes potestatem aliquam cognoscendi super damnis datis, ac etiā mag. D. Potestatis Ciuitatis Eug. damnū dan-
tes, aut dñ damno dato condemnati, aut habiti pro condemnati, siue damna ipsa data fuerint dñ diē, siue
dē nocte, puniant. duplici poena in are, et in corpore, et quo ad damna data per ipsos poena dam. datorū
duplicetur tam in damnis datis personalibus, quam in damnis datis cum bestijs.

Itẽ statuerunt, et ordinauerunt, qđ non constito perquem damna data fuerint, presumantur in dubio data ꝑ
12 illum, qui minatus est infra mensem ante, ipsum damnū datum se daturum damnū ipsi damnū passo, pos-
sit tñ qui sic fuerit minatus allegando se nō dedisse d.tum damnum probare infra terminū octo dier. ad eius de-
fensā.

finsam a die citationis, et monitionis facta d.o e.o ad se excusandum d.o d.o damno p damnũ prad.m non declinato.

1 le non probato p alium d.m damnũ datum esse, puniatur qui sic minatus fuerit se daturũ damnum poena damna datoꝝ, excepta poena corporali, ac si damnũ dare repertus fuerit, aut d.o damno conuictus, condemnatus, aut habitus pro condemnato.

2 Et q.a propter interuentũ priorꝝ, et aduocatoꝝ in causis dam. datoꝝ sæpe damnum dantes poenas damnorꝝ dat. aufugiunt, et quandoq̃ protrahunt in longum, et audaciores fiunt ad damna inferenda, propterea volentes eoꝝ audaciam, et rapacitatem in quantũ possunt refrenare, ut retrahantur a damnis datis: Statuerunt, et ordinauerunt, q.d in causis damnorꝝ datꝝ ad defensam nõ possint adesse, et comparere priores, et aduocati poena duorum ducatorum auri pro quolibet contrafaciente.

Et q.a officiales damnorꝝ dat. uigilant in exactionib. poenarꝝ, et commoda propria procurant, et aliena quandoq̃

3 postergunt, et qui damna patiuntur damnorum datoꝝ emendationem minime consequuntur: propterea statuerunt, et ordinauerunt, q.d anteq̃ fiat exactio contra damnũ dantes ad poenã incursã per dam. dantes emendentur damna data damna ipsa passi: et damnũ dantes non cancellentur, deleantur, nec cancellentur d.o libro, in quo descripti fuerint pro condemnatis pro ipsis damnis, et in quo denunciati, aut accusati fuerint d.o damno dato, uel pro repertis, aut inuentis damnum dare; et si pignora capta fuerint pro d.s damnis datis, non restituantur, aut ipsi detenti, aut incarcerati fuerint ex d.a causa, non dimittantur, nec relaxentur ante emendationem prad. poena duoꝝ florenoꝝ pro quolibet contrafaciente ipso facto incurrenda, et cum emendatione damni dati ipsi damnum passo.

Itẽ statuerunt, et ordinauerunt, q.d q.s quilibet officialis maior dam. datoꝝ ad simplicem requisitionẽ damnũ

4 passi teneatur, et debeat accedere personaliter ad loca, in quibus damna data sunt, si ibi non sint gualdarij, et æstimare damna data, et declarare quantitatem ipsoꝝ dam. datꝝ recepti bon. duob. pro quolibet miliare extra ciuit. Eug. soluendis sibi ab ipso damnum passo. In locis uero, ubi sunt gualdarij, teneantur simili modo gualdarij requisiti ab ipso damnũ passo damna prad.a æstimare recepto bon. pro quolibet gualdario, et quolibet miliare, ipso tñ damnũ passo iurante, se nescire in totum, uel in partem, damnũ, de quo agitur ab alio datũ fuisse, quã ab illo, qui d.o damno dato inculpatur. Et totũ q.d soluerit damnum passus occasione æstimationis dam. dati, reficiatur sibi ab ipso damno dante, et cũ æstimatione d. damni

5 dati secundum æstimationem prad. poena decem libr. rauen. pro quolibet officiali, et gualdario requisito ad æstimandum damna prad.a negligente, et non faciente æstimationẽ ipsam infra triduũ postquam de ea fuerit requisitus ipso facto incurrenda.

Et q.a sæpe contingit ad illudendum officiales ignorantes nomina damnũ dantium, mutari nomina, et cognomina, et unum nomen exprimi pro alio, adeo q.d damnũ dantes euadunt impunes, cum sint incogniti: propterea

1 parte statuerunt, et ordinauerunt, qđ cuicumq officiali damnor datorum liceat interrogare nomen, et cognomen proprium, siue appellatiuum cuiuscumq damnū dantis. Et quicumq ab ipso officiali fuerit interrogatus, teneatur sibi exprimere nomen suum propriū, et cognomen, siue pronomen, adeo qđ reddatur certus dē persona damnū dantis, seu ipsius interrogati poena florenor quatuor pro qualibet persona deneganti ipsi officiali propriū nomen, aut ~~cognomen~~ pronomen, uel cognomen exprimere, aut expri-
2 mente nomen falsum, et unū nomen pro alio, pronomen, aut cognomen. Super qbus stetur iuramento
3 ipsius officialis, nisi contrariū legitime probatum fuerit q ipsum interrogatum dē prad. Et si talis de prad. interrogatus repertus fuerit damnū dare, aut dē damno dato conuictus, uel confessus fuerit, aut aliter inciderit in poenā dam. dati, puniatur nihilominus dē ipso damno dato.

Itē statuerunt, et ordinauerunt, qđ denunciatio, seu protestatio facienda, et quae fieri pōt a damnū passis
4 gualdarijs castror, et villar, comitatus Eug. dē inueniendo damna dantes, fieri possit nō solum per ipsos damnū passos, sed etiā p quemcumq dē eor ~~eor~~ familia nomine eorum, qui damnū passi sunt: et denunciatio, seu protestatio quoad omnia eundem sortiatur effectū, ac si facta esset per ipsos damnū passos, et talib ~~denunciantib, et protestantib~~ denunciationib, seu protestationib dē. nomine facti gualdarij ipsi credere teneantur.

Itē statuerunt, et ordinauerunt, quod incidentes arbores fructiferas producentes fructus domesticos, et quer-
5 cus magnas producentes glandes, et alias arbores fructiferas producentes fructus nō domesticos sitas in terris laboratiuis, aut in pratis, seu alijs locis domesticis puniant poena duor florenor pro qualibet arbore incisa, aut alio modo detruncata: si uero arbores producentes fructus nō domesticos, ut sunt cornea, sorbes, et nespula, et aliae similes existentes in locis nō domesticis, aut querculae adhuc fructus nō producentes, puniantur poena unius floreni; et tantum reficiant damnū passo pro emendatione damni, quantū soluere tenerentur pro poena. Incidentes uero, aut detruncantes, seu rumpentes ramos aliquos ex dē. arborib puniantur dimidia parte poenae impositae pro incisione, aut detruncatione arboris, cuius ramus aliquis fuerit incisus, detruncatus, ruptus, aut deuastatus.

6 Itē statuerunt, et ordinauerunt, qđ incidentes, aut aliter detruncantes uites, et pergulas producentes secundum eor naturā uuas domesticas puniantur ea pena pecuniaria, qua puniuntur incidentes uites secundum formam statuti noviter positi sub rub. 63, lib. 3. criminalium, et in duobus ictibus cordae, si damnum datū fuerit dē die, si uero dē nocte in quatuor ictibus cordae: Et si soluendo non fuerit, puniatur poena corporali imposita secundum formam dē. statuti: Pro emendatione uero damnū passo soluere

1 uers teneantur florenum unum pro qualibet uite, et pergula incisa, uel aliter detruncata: Et si soluendo fuerint, et non soluerint infra mensem, puniantur nihilominus ea poena, qua puniuntur personaliter damnum dantes, et non soluentes poenam modo infra terminum prad. modo, et forma contentis in statuto de non mora datores, de materia loquentis posito sub rub. quod non soluentes poenam pecuniariam infra certum tempus puniantur certa poena corporali.

2 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod omnes, et singulae personae damnum dantes, aut de damno dato condemnatae, uel habitae pro condemnatis pro aliquo personali damno praesumantur dedisse omnia damna data personalia prius in loco, in quo damnum datum est, illo mense, et mensis anteriori, et eodem modo si damnum datum fuerit cum bestijs prius d. tempore in d. loco; nisi ex natura damni dati manifeste appareret, damna prad. praesumpta dari ab eis non potuisse, aut ipsi legitime probauerint in termino eis

3 tuendo non ultra decem dies, damna prad. praesumpta ab alijs data fuisse. Et pro d. damnis praesumptis modo suprad. puniantur excepta poena corporali, prout puniuntur pro ueris damnis datis, dummodo medio eorum iuramento firmauerint damnum passi, se nescire damna prad. praesumpta ab alijs data fuisse.

4 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod condemnati, uel habiti pro condemnatis ex aliquo damno dato personali postquam fuerint contumaces in non soluendo poenam incursam pro dam. dato, non possint uti aliquo bene-

5 ficio, et officio communis Eug. donec, et quousque non satisfecerint pro poena incursa pro tali dam. dato. Et ne ualeat praetendi ignorantia damnorum dat. teneantur officiales maiores dam. dat. tradere singulis duobus mensibus mag. Confaloneri, et Consulibus Ciuitatis Eugubij per cedulam in scriptis omnes, et singulos condemnatos de damnis datis personalibus, registrandos eorum mandato, et describendos per eorum Cancellarium in libro ad hoc specialiter deputato, poena duorum florenorum pro quolibet contrafaciente.

6 Item statuerunt, et ordinauerunt, quod omnia, et singula statuta, et ordinamenta damnorum datorum locum habeant et obseruentur pro omnibus, et singulis damnis datis, et dandis in futurum, in quocumque loco, et in quacumque re damna data sint, et ad quemcumque spectent, et pertineant res, et bona, in quibus damna ipsa data fuerint, et non solum pro damnis datis praesentibus, et futuris, sed etiam praeteritis, in quibus non est facta condemnatio, aut damnum dantes non sint habiti pro condemnatis, excepta poena corporali, quae pro damnis datis tantummodo futuris locum habeat, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Et quoniam omnes natura uiuere appetunt, et longiorem, quam possunt, cum sanitate, et sinceritate uitam ducere, et manifeste nocentur propter acerbitatem uuarum, ex qua causantur malae dispositiones in stomacis qui ex causa prad. difficiliorem digestionem faciunt; cum uina extrahantur ex uuis non dum maturis

propter

propter quod vita hominum detruncatur, et decurtatur, ut experientia docet, corpora infirmantur, dolores, et passiones generantur ex mala digestione: Propterea volentes praed. obviare, in quantum possunt pro conservatione humani generis, et reipublicae Eugubinae, et ut magis populus repleri possit, et valeat; Statuerunt, et ordinaverunt, quod nulla persona cuiuscumque status, gradus, et condicionis existat, possit in civitate, et comitatu, et districtu eiusdem Eugubinae civitatis vindemiare usque ad vigesimam quintam diem mensis Septembris; adveniente vero d. die possit vindemiari modo infrascripto vz quod adveniente d. die 25 7bris possit vindemiari in omnibus vineis, terris, et possessionibus positis in comitatu Eug. extra Sabundas, et extra cacumina montium S. Ubaldi, S. Augustini, S. Iacobi, aliorumque montium eidem coherentium, extra et plebem S. Ioannis de Loreto, et abbatia S. Mariae de Alfiolo, exceptis dumtaxat vineis, possessionibus, et terris sitis, et positis in villa montis Cellii, montis Gugliani, et S. Appollinaris, in quibus sic exceptuatis vindemiari possit tantummodo adveniente p.a die mensis Octobris, et non prius sub poena decem florenorum ipso facto incurrenda pro quolibet contrafaciente, et prius vindemiante, quam concessum est ex forma presentis statuti: adveniente vero quinta die mensis 8bris vindemiari possit a strata, qua itur ad castrum Branche, et villam Loreti infra versus Sabundas: adveniente vero die decima mensis 8bris vindemiari possit a d. strata supra, et ubique. Liceat insuper cuicumque denunciare contrafacientem quemcumque, et accusare cum lucro quartae partis poenae supra impositae, secreto tamen retenta, et non manifestata denunciatione, et accusatione praed. Et quicumque officialis de d. poena executionem fecerit, lucretur quartam partem poenae praed. ultra unam supradictam.

Confirmatio dictorum statutorum.

Placet, quod statuta, et ordinamenta ultima scripta de caetero observentur, et ea confirmamus ad nostrum beneplacitum, sumusque contenti, quod publicentur in locis consuetis, ut in notitiam omnium possint devenire.

G. B. ʒ

Datum Urbini 19 Augusti 1507

Polidorus

Die 21 mensis Augusti 1507

Commissum, et mandatum fuit per D. Confalonerium, et Consules Civitatis Eugubij Benedicto, Pascolino, et Iulino publicis praeconibus, quod dicta capitula publicent.

Qui praecones praed. cuncta retulerunt se ivisse per loca publica, dictaque capitula publicasse.

Bannum super damnis dati

Per parte, e commissione del mag.co s.re Luogotenente della Città di Gubbio se fa bando, e comandamento per ovviare alli danni grandi se fanno, massime di notte d'uve, e d'altri frutti, che per lo tempo d'avenire a persona alcuna di qualunche stato, grado, over conditione sia, non sia lecito de notte, ne cogliere, ne portar uve, ne altri frutti. E qualunche serà trovato per li officiali del Podestà di detta Città, nel per li officiali de l'officio maggiore delli danni dati, in qualunche loco trovato sarà etiam per le strade publiche tanto fuori della Città, quanto dentro, se debba, e possa punire in la medesima pena, che se fosse trovato far danno, e cogliere quelli tali frutti in le possessioni d'altri; e s'intenda esser di notte nel detto caso di poi il primo suono de ... cioè di notte della campana grossa del Commune, e prima che detta campana suoni la mattina a l'alba, o di ...

Die 8 mensis Septembris 1509

Benedictus Constantini publicus praeco communis Eug. ex commissione sibi s.a facta retulit mihi Victorio Mariono Cancellario, et not. reformationum d. communis, se una cum altero tubicine eius socio iacine, et tubarum sono praemisso publice, et alta voce gridasse, et bannisse d.m ordinamentum, seu bannum per loca pub.ca solita, et consueta d.e Civitatis, et omnia alia fecisse, et dixisse &

In nomine Dñi amen. Decreta obtenta a Rev.mo Dño D. Orlando Carecto Archiep. Avinionen., et statu Urbini Gubernatore gnali dignissimo

R.mo Dño pro conservatione domorum

1 Item ad removendas querelas eorum, qui accusati per inventionem de damno dato cum animalibus saepissime dicere audent, animalia relata non fuisse sua, vel non in tanto numero, placeat ordinare ut s.a quod officiales praed.i teneantur, et debeant animalia inventa dare damnum in aliquibus locis colligere, et secum ducere ad hospitium, seu depositarium, et illis committere, nisi prius inveniat certum dominum confitentem numerum, et animalia, ut praemittitur collecta, ne de caetero interveniat. Placet.

2 Item quod officiales minores dam. datorum in inventionibus fiendis per alios officiales testimonium perhibere non valeant, eorumque dictis, et attestationibus nulla fides adhibeatur. Placet.

3 Item derogando statuto, seu decreto, quod gualdarijs credatur de damno, et pontione, placeat providere, quod quo ad pontionem tantum remaneat in pura dispositione iuris communis, quo aut ad alia in ipso statuto, seu decreto contenta servetur ipsum statutum prout iacet. Placet.

4 Item ut officiales maturius in suis inventionibus procedat, et prius quam fatiget aliquem in expensis pro veritate indaganda insudet, quod priusque scribat, vel referat invenisse aliquem dedisse damnum personaliter vel cum animalibus, teneatur cum diligentia inquirere, si damnum dans habeat facultatem talia faciendi; quod si contra factum fuerit, et dictus sic relatus probaverit sibi licuisse, talia facere; idem officialis refundat, et si huiusmodi diligentias non servaverit, teneatur eundem sic relatum, et legitime excusatum de proprio ipsius officialis indemnem conservare, et reficere, et resarcire omnes expensas. Placet

Item placeat providere, quod inventi de nocte cum uvis, seu alijs fructibus ab ultimo sono campanae palatij Dñorum Confalonerij, et Consulum, quae sonatur in sero usque ad sonum eiusdem campanae, quae pulsatur versus auroram

cam

tam habentes possessiones suas, quam non habentes incidant in eamdem poenā, quam essent incursi, si fuissent inventi dictos fructus colligerē in possessionibus alterius. Placet.

Itē quod etiam inventi dē die cum d.^tis fructibus, vz uvis, et fructibus, et non reperiantur habēre aliquas possessionēs dē proprio, vel conductam, teneantur ad eamdem poenam, ac si d.^ti fructus inventi fuissent colligerē in possessionibus alterius; Nisi probaverint d.^tos fructus habuissē ab aliquo, vel collegissē in aliquo loco dē licentia domini, seu coloni; quod tamen sufficiat probarē per iuramentum illius, a quo d.^a licentia concessa, seu dicti fructus dati, consignatiquē fuissent. Placet.

Confirmamus, et approbamus supradicta capitula prout supra in calcē cuiuslibet rescriptum est.

Or. Gubr Gnalis

Loco + sigilli

Cancel.^ria 26 ībris 1526

Gaspar

Libro 9.º Litt., fol. 200.

Infrascripta sunt quaedam statuta tertij libri statutorum.

De poena proijcientium immunditiam de aliquo balcone, vel fenestra. Rub. 144

Ordinamus statuimus, quod nulla persona de Civit. Eug. audeat, vel praesumat de aliquo balcone, vel fenestra, suae domus propriae, vel conductae proijcere aliquam bruttaram, scopetam, vel immunditiam, seu aquam de die, vel de nocte poena, et banno 40 sol. rauen. et quilibet possit accusare, et denunciare, et habeat medietatem banni: et de praed. stetur, et credatur cuilibet denuncianti, et teneatur in secreto, cum probatione unius testis. Salvo quod si ante proiectionem dixerit tribus vicibus guarda, guarda, sit immunis a poena.

De poena sanguinantis animalia in vijs publicis. Rub. 148.

Ordinamus, quod nulla persona audeat, vel praesumat in plateis, vel in vijs regalibus Civit. Eug. sanguinare aliquam bestiam. et qui contrafecerit, puniatur, et condemnetur vice qualibet in 20 sol. rauen. et quilibet possit accusare, et denunciare, et habeat medietatem banni, et teneatur in secreto.

Quod claudantur andronae, et versatoria foetorem praestantia in vijs publicis. Rub. 151

Statuimus, et ordinamus, quod andronae, et cloacaria, et versatoria exeuntia in plateas, et vias, et foetorem praestantia recludantur, et aptentur ita, quod foetorem, vel putredinem praestare non possint. et D. Potestas infra quindecim dies primo mense sui regiminis faciat banniri publice per Civitatem, quod omnes habentes andronas, et cloacas, ex quibus exeat aliquis foetor, seu putredo in aliquam viam, seu carbonarium, sive qua reddat putredinem, vel foetorem vicinis circumstantibus, debeant infra octo dies recludere, vel recludi facere cum lapidibus ad arenam, et calcina, ita quod nullam reddant putredinem, vel foetorem. Contrafacientes vero in centum sol. rauen. communi per Potestatem condemnentur: et quilibet possit accusare, et denunciare, et habeat medietatem banni. Et quod Potestas expensis illorum, quorum sunt domus, inter quos andronae, vel cloaca, faciat praed. executioni mandari ad petitionem cuiuscumque petentis infra decem dies: contrafaciens vero condemnetur in dicta poena.

De poena facientis in vijs publicis necessarium, vel versatorium extra murum. Rub. 152

Ordinamus, et statuimus, quod nullus faciat, vel fieri faciat in mattonatis factis, vel faciendis, nec in aliqua via aliquod versatorium, vel necessarium extra murum, nec teneat, vel faciat in mattonato, vel aliqua via aliquod impedimentum, vel impositum   qui vero contrafecerit in 20 sol. rauen. vice qualibet condemnetur per dictum Potestatem.

Quod Potestas faciat fieri cloacas ubi sunt opportunae expensis adiacentium. Rub. 153

Providimus, et statuimus, quod Potestas fieri facere teneatur ad petitionem cuiuscumque petentis cloacas in domos, vel canalina, ubi sunt sedilia, vel necessaria expensis dominorum habitantium ex utraque parte, si ma-

ior

ior pars ex conuicinis extitit in concordia, ita qd putredo de ipsa cloaca non exeat. Et si Potestas fuerit negligens in pred.ti perdat de suo salario libras uigintiquinque rauen.

Quod andronas in quas exeunt sedilia murentur etc., qd impedimentum nō praestent. Rub.

Volumus statuentes, quod quicumq in Ciuitate, uel burgis habet aliquod uersatorium, uel sedile, uel necessarium, quod alicui conuicino, uel transeuntibus praestet aliquod impedimentum, qd conuicini habentes andronas, in quibus respondeant ipsa sedilia debeant ipsas andronas murare, seu murari facere omnibus eorum expensis a terra supra usque ad octo pedes, ita qd putredo dictorum necessariorum, sedilium uel uersatoriorum non ueniat, ita qd praestet impedimentum uicinis, et transeuntibus. Et hoc Potestas fieri facere teneatur ad petitionem cuiuslibet uicinorum petentium. Et si aliquis ex uicinis transeuntibus petierit pred.a Potestas fieri facere teneatur pred.

De poena ponentium litamen, uel facientis buturam in uijs publicis. Rub. 155.

Statuimus, et ordinamus, qd nulla persona ponat litamen, uel aliquod impositum in aliqua uia Ciuitatis Lug. nec etiam iuxta muros ipsius Ciuitatis intus, uel extra, nec in aliqua alia uia pub.ca quae sit extra Ciuitatem Lug. infra unum miliare uersus d.tam Ciuit. Et qui contrafecerit puniatur in 40 sol. rauen. pro qualibet uice, et qd imposuit teneatur eleuare: Et quilibet possit d.m litamen accipere sine poena. Et sindici uillarum teneantur hoc denunciare ad poenam pred. Et eadem poena puniatur, qui buturam aliquam fecerit in aliqua uia pub.ca Ciuit. Et d. pred.t Potestas possit, et teneat inquirere, et ea banniri facere in principio sui regiminis. Et quilibet possit de pred.tis accusare, et denunciare, et habeat medietatem banni.

De poena proijcientium scopezam in rem alterius. Rub. 156

Ordinamus, qd nulla persona audeat, uel praesumat proijcere aliquam scopezam, litamen, putredinem, seu aliquid aliud in terrenum alterius. Contrafaciens uero Communi condemnetur uice qualibet per Potatem in 40 sol. rauen. Et credatur sacramento denunciantis, uel accusantis cum uno teste.

De poena facientis, uel proijcientis putredinem in aliquo fonte, uel puteo, abeueratorio, uel lauatorio. Rub. 147.

Prouidimus statuentes, quod nulla persona proijciat, uel faciat aliquam putredinem, uel aliquam rem inconuenientem in aliquo fonte, uel puteo, nec in aliquo lauatorio, uel abeueratorio Ciuit. Lug. uel comitatus ipsius. Et quod nulla persona prope aliquem fontem per quatuor domos debeat, uel praesumat in uijs communis aliquam troseiam facere, in qua colligatur aqua, putredo, uel litamen. Et quod nulla persona in d.tis uijs communis prope aliquem fontem audeat, uel praesumat ad quatuor domos prope, ut dictum est, excoriare, uel aliquod corium alicuius

alicuius animalis. Nulli liceat lauare in d. fontibus, nec aliqd turpe facere: nec aliquis excusetur propter minorem ætatem. Et si quis in aliquo prædictorum contrafecerit, vice qualibet condemnetur in 20 sol. per Potestatem. Et quilibet possit accusare, et denunciare, et habeat medietatem banni, et teneatur in secreto. Et quicumque habet versatorium, uel sedile, scanciariam, uel trasannam, siue grondareciam, quæ præstet aliqd impedimentum, uel detrimentum alicui fonti, uel puteo Ciuitatis, uel Comitatus, Potestas teneatur ad petitionem cuiuslibet petentis, primo veritate reperta, recludi facere, uel leuari infra quindecim dies, postquam sibi petitum fuerit, sedile, versatorium, scanciariam, grondareciam, quæ impedimentum præstet in fontibus supradictis. Et prædicta faciat Potestas banniri per Ciuitatem.

Quod Potestas faciat scarcari fonata iuxta vias, per qua vadit aqua. Rub. 160.

Prouidimus statuentes, quod quicumque habet aliqua fonata in suis possessionibus iuxta aliquam viam, per quæ aqua currat, teneatur, et debeat ipsa fonata fodi, et scarcari facere, ita qd aqua currat, et vadat continue per ea, et non per viam. Et ipsa fonata teneantur, si no essent facta ad requisitionem cuiuslibet facere. et si quis facere contempserit condemnetur per D. Potestatem in centum sol. rauen. Et nihilominus faciat prædicta. Et quilibet possit accusare contrafacientes, uel denunciare coram D. Potestate, et sua curia. Et facta denunciatione prædicta Potestas teneatur, et debeat prædicta eisdem fieri facere infra terminum eisdem assignatum. Et si non fecerint Potestas condemnet eos in d. banno Communi.

118

138

Sezione di
LU